



2

Xn. 11.

DE
GENERIS HVMANI
VARIETATE NATIVA

ILLVSTRIS FACVLTATIS MEDICAE CONSENSV

PRO
GRADV DOCTORIS MEDICINAE

DISPVTAVIT

D. XVI SEPT. MDCCCLXXV

H. L. Q. S.

IOANN. FRIDER. BLVMENBACH

GOTHANVS.

GOETTINGAE
typis FRID. ANDR. ROSENBYSTHII.

38

IMAGINIS VIVENTIARUM
ANIMALium SPATIIS
ARTICULATIS ET CIRCUMSCRIBITIS CONVENTUOS
ET TERRITORIIS NATVRAE SPECIES RATIO QVE.



LECTORI DOCTO ET AEQVO

S. D.

IO. FRID. BLVMENBACH.

Et si non habeo magnopere, quod mihi super instituti mei ratione praefandum esset, attamen pauca monere cum mos, tum ipsum tuum commodum suadent, qui statim in libelli limine de nonnullis, quae ipsam translationem attinent, haud inepte erudiendus videris. Quod exhibent sequentes pagellae argumentum, nec utilitate quadam, nec iucunditate sua plane carere videtur, cum in re versetur, quam summi huius seculi viri attentione et disquisitione sua dignati fuerunt; qua alii quidam, extensae saltem famae homines, aduersus religionis christianaee et sacri codicis autoritatem uti sustinuerunt, quam denique nec ingratam accepimus iis, qui vel primoribus labris suauiores tantum litterarum cupedias degustare cupiunt.

A

unt.

unt. Sufficiebant haec pro incitamento,
quo magis et meam quoque symbolam tot
tantisque Cl. Virorum laboribus addere au-
derem, in quam, nisi illis plane impar visa
fuerit intelligentibus, vtiliter insumssse ope-
ram laetus arbitrabor. Ipse quidem, si quis
alius, defectus spelli mei probe intelligo;
quorum autem facilem veniam ab aequis ho-
minibus expecto. A grauioribus erroribus
vacuus ut essem, quantum pro humana, qua
omnes premimur imbecillitate licuit, vehe-
menter studui, praeiudicia fugiendo, veri-
tatis viam monstrantis vestigia, curiose pre-
mendo. Nuspian in messem alienam fal-
cem immittere aut Phaedrini instar graculi
alienis gloriari bonis, libuit; verum candi-
de vbiuis, quibus vsus fuerim auctoribus,
adieci. Duplex inde redundasse bonum con-
fido: sua cuiuis seruavi, quae mutuo tan-
tum sumseram, reddidi, et ne quid mihi lau-
di

di duceretur, quod aliorum esset, ita curaui;
simul autem vltro inquirere volentibus fon-
tes patent, quos ipsi adire, et num recte
hauserim, iudicare possunt. Erunt fortas-
sis, qui multorum adhuc scriptorum, ad
rem nostram facientium, nomina desiderent:
his quidem lubens concedo, fieri potuisse,
vt iuuenem adhuc lateret vhus alterue
huc pertinens auctor: consilio autem alios
me omisisse iidem sciant; eos nempe, qui
aliorum tantum obseruationes suas fecerunt,
quiue saltem maxime vulgares nostrisque
diebus nulli adhuc dubitationis aleae obno-
xias res, confirmarunt. Quod reliquos li-
belli defectus attinet, auctor excusationem
mereri videtur, cui, etsi non omnibus satis-
fecerit, illud tamen dabitur, pro viribus
suis collegisse hinc inde sparsos flores, qui
aliis, laureas in hoc ludo sibi nectere cupi-
entibus, quibusque meliora fortassis finxit

praecordia Titan, negotium facilitare aliisque modis poterunt inseruire. Nihilominus tamen et in posterum eidem argumento diutius inhaerere, veritatem quoquis modo eruere et confirmare, in quibus errasse videtur, ea emendare, decreuit; sique fortuna vti fautrice licuerit, aetasque ac iudicium adoleuerit, pluria et grauiora olim praestare conabitur. Goettingae a. d. 21 Aug. 1775.

Super

Super generis humani varietate nativa scripturus, ab
ouo, et ipso generationis negotio ordiri, operae
pretium duco: non ut systemata delib rem, hypothe-
ses enarrem, labyrinthi tricis me insinuem cuius vix
exitum promitterem, crambemue millies recoclam de-
nuo excitem; aut denum Iliada post Homerum, uni-
versam scil. generationis historiam post immortales
summi HALLERI labores scribere audeam; sed ut tribus
saltē verbis ea tangam, quae ex repetita obseruatione
profundoque doctrinorum Virorum iudicio pro certo
habentur, lucemque argumento nostro assundere po-
terunt.

Quid quisque sexus ad foetus generationem con-
ferat, cui potiores debeantur partes, a pluribus retro
annorum millibus occupauerat philosophorum et medi-
corum principes. HALLERI demum profundae sagacitati
referuatum erat, confringere ut arta Naturae primus
portarum claustra auderet, exque ouis incubatis, a tot
tantisque antea Viris obseruatis, magnum illud, quod
naturae soli explicatum putabatur, mysterium erueret:
cuius narrationem breuissimis tantum complectamur,
necesse est a).

Docet subtilior ouorum incubatorum anatome,
continuari intestinum pulli cum vitelli inuolucris ita,
vt

a) Ipsiſ fere Perill. inuentoris verbis vtor. *Opusc. min.*
II. p. 418. *Physiol. T. VIII.* ſparſim. v. quoque BON-
NET *corps organiſes I.* p. 107. fqq.

vt primum inuolucrum ipsa cutis foetus sit; alterum exterior intestini tunica cum mesenterio et peritonaeo foetus continuata: tertium interius esse intestini velamentum, et ex simili ventriculi et oesophagi et faecium et oris membrana, ex cute demum et epidermide foetus, produci: vitellum arterias recipere suas ab ipsis pulli meseraicis &c. Sequitur ex his: ouum totum matris partem esse, in qua ovarium cum omnibus ous perinde perfectum reperitur, quando nulla adhuc masculi familiaritas accessit. Deinde, foetum esse partem oui, aut certe cum ouo inseparabili nexus coniungi: vitellus enim (et solus quidem) ouum cum suo inuolucro constituit dum in matre est: sed is vitellus ductu suo cum foetu ita vnitur, vt idem continuum corpus constitutat.

Directa hinc patet demonstratio embryonem ouo materno contineri, feminaque vera flamina futuri foetus suppeditare. Iners illud lateret aeterno quasi sapore sepultum primaeuum germen, nisi ab accidente foecundi seminis virilis stimulo, eiusdemque praesertim partibus subtilioribus odoratis et ad irritandum aptissimum, suscitaretur, e vesicula Graefiana, qua inclusus erat, b) erumperet, tubam permearet, hacque via in ipsum uterum veniret; ibi demum ultro explicaretur et euolueretur, et a mascula vi in quibusdam suis partibus mutatus, parentibus suis similis euaderet.

Pullus tandem in lucem editus, temporisque successu adultus, cum altero, suae speciei, sexu, similis

b) Relinquit luculentum pristinae in ovario habitationis vestigium, in corpore luteo, quod locum suum occupat. Cf. de hoc corpusculo, itidem magni HALLERI contibus rite demum illustrato Hist. de l' Acad. des Sc. de Paris 1753 p. 134sq. no. VII. et Physiol. T. VIII. p. 30. sqq. Eleganter ex humanis cadaveribus exhibit Gv. HUNTER anatoma uteri humani grauidi Birmingh. 1774. tab. 15. 29. 31.

les producere potest; quorum demum posteri primis suis parentibus aeternum similes euadere debent.

Quaenam ergo contrarii euentus caussae? quid est, quod generationem mutat, progeniemque mox vitiisque mox meliorem, certe a primis genitricibus maxime diuersam producit?

Per totam quidem nostram tractationem ad ea respondendum erit. Ut autem narrationis series melius seruetur, generaliter pauca quaedam praemittere oportet.

Et primo quidem de coeli potentia paucis dicendum erit, cuius adeo late patet imperium, ut ab hoc vnicore pendere hominum diuersas formas, colores, mores et institutiones, egregiis visum fuerit viris c). Duplex autem existit modus, quibus homines climatum mutationem experiri possunt, quorum vterque ad nos spectat. Est enim ut migrant et ita coelum mutant; est autem illud quoque, ut ipsum solum sensim aut miteat aut efficeretur, et exinde degenerent incolae. Vtriusque plura suo loco dicentur exempla. Hic dixisse sufficiat nullam fere esse habitus diuersitatem, quam non climatis varietates producere possint: id quod vel ex animantium brutorum historia luculenter appareat. Equi Europae si orientem versus transferuntur, in Sibiria, China etc. temporis progressu decrescent quasi, minores multo corpore fiunt, ita ut demum vix pro eadem specie agnoscere possis. Iumenta e contrario Iakutenia, siue Kamtschatkam veniant siue Archangelum, proceriores, robustiores euadunt, id quod et Angliae oues in

c) POLYBIUS T. I. p. 462. ed. Ernesti: ουαρ δι αλλην δια δε ταυτην την αιτιαν πατη τας εθνικας παι τας ολοζηρεις διασασεις πλεισον αλληλων διαφερομεν, ηδεσι τε παι μορΦαις παι χρω μασιν, ετι δε των επιτιθεμενων τοις πλεισοις. cf. praeter ea CARDANUM in Hipp. de aér. aqu. et loc. p. 218. prolixo de climatis in humana corpora effectu agentem.

in Suecia expertae sunt. Sciuri circa Oby fl. tertia parte maiores sunt iis, quos Obdorii' etc. reperias d); vt coloris diuersitatem taceam, quem multo adhuc magis variare facile videas. Quod eiusdem terrae clima mutari possit, non erit qui dubitet, dummodo ipsam nostram hodiernam Germaniam cum veteri, populares nostros cum maioribus nostris conferat e). Tempus erat, vbi alce nunc vltimi Septentrionis tantum accola, Rheni littora oberrabat, vbi ipsum hoc flumen frequentissimo gelu coibat, ita vt Galli sacra ipsi facerent, ne vicinis proauis nostris dorsum preeberet; vbi vastissimae syluae totam fere tegebant patriam, nec ullus vitium prouentus erat, et quae sunt huins generis alia, nimis certe sufficientia, quo minus maiorum nostrorum magna corpora et tantum ad impetum valida, strictos artus, minaces vultus, truces oculos &c. in nostri aevi Germanis quaeramus.

Praeter coelum aliae restant caussae, quae porro mutare valent corpora; plura quidem ex his ab ipso climate pendere dices; quaedam tamen separata esse ab eo, patebit. Ad has potentias pree ceteris vitae genus et educatio pertinent. Trita sunt exempla animalium domesticorum, quae in miras decreuisse varietates naturamque suam fere exuisse, in aprico est. Quid clima in equis mutet modo diximus, iam eosdem mutato vitae genere videamus. Feri illi equi f) mirum quantum a nostris cicuribus differunt, statura parua, capite grandi, colore murino, pellis hirsutia, morum fero-

d) STELLER von sonderb. Meerthieren p. 41. sqq.

e) CONRING de germanicor. corpor. habitus antiqui ac noui cauſis. docte vt solebat.

f) RZACZYNSKI h. n. Pol. p. 217. sq. PALLAS Reisen I. p. 211. S. G. GMELIN Reis. I. p. 44. sqq. c. icon. tab. 9.

ferocia ita, vt vix mansuecant &c. et fere asino magis, quam nostris domesticis equis similes videntur; adeo vt laudatus **G M E L I N V S** vix haesitauerit, quin equum cicurem, ferum, et asinum pro eadem haberet specie, huncque cultura saltem ab equo cicure degenerasse crederet: quod tamen nimium videtur, cum asino viscerum partes sint, quibus euidenter caret **Caballus g)** et vice versa. Praeter equos plane feros, tamen et in nostra re equaria magnum discrimen videre est inter eos, qui sylvaticis vtuntur passionibus **b)** eosque qui in stabulis aluntur. Notum est v. c. pullum equinum si in eiusmodi pecunaria natus fuerit, dimidia iam post partum hora, matrem sequi pabula quaerentem, si autem illud in stabulo acciderit, non raro per nycthemerum et vltro huini iacere, antequam pedibus insisteret audeat.

Binas adhuc tetigimus caussas, quae animantium habitum mutant: clima sc. et vitae genus. De tertio adhuc praecipiendum restat, diversae nempe speciei connubio, et inde natis animalibus hybridis. Difficilis sane res, quam tamen post recentiorum labores **i)** paucis absoluere licet.

Tria in hybridorum disquisitione probe distinguere necesse erit. num saltem coiuenterint eiusmodi diversa animantia, an vero et pulli ex hac copula produuerint, anne denique et hi foecundi et ad generis propagationem apti fuerint.

Posterior quidem, etsi raro contingat, (idque summa Diuini numinis prouidentia, ne nouae species,

in

g) in vocis organis **H E R I S S A N T** mem. de l'ac. des Sc. de Paris 1753. tab. 9. sq.

b) v. c. Lippenfes. cf. I. G. PRIZELIUS vom Senner Gefüste. 1771. 8.

i) **B V F F O N** plurimis locis. praesert. de la dégénération des animaux XIV. p. 248. sqq. v. **H A L L E R**. physiol. VIII. p. 8. sq. 99. sqq.

in infinitum multiplicentur) in valde tamen affinibus, admirerem. Mulas certe peperisse non adeo pauca extant testimonia *k*). Hybrida ex vulpis et canis congreßu nasci (Canes Laconici *αλοπηκίδες* veterum) haecque ad generandum apta esse, non est quod dubites. Est adhuc Goettingae neptis (et ab ea natu plures pronepotes) vulpis, quae a cane doméstico granida siebat; in qua adhuc frontem planam aliaque auitae formiae vestigia agnoscas. Aves hybridas prolicas ostendunt *SPRENGERI* *l*) experimenta.

Hybridorum infocundorum copiosa extant exempla quae repeterem piget. Muli, quantum scimus, ex his antiquissimi sunt. Quanquam enim antediluvianos fuisse dubitemus *m*) nec Anae *n*) eorum inuentum tribuere audeamus, summa tamen eorum antiquitas vel ex profanis scriptoribus *o*) et artis primis *p*) fere monumentis appareat. Rarioribus hybridis addas Capram reversam cum *C*. deppressa coëntem et pullum producentem *q*). *HESYCHIO* autem minus credas, dum lupum aureum *L*. (Jackhals) ex hyaenae et vulgaris lupi coitu

k) *ARISTOT. de gen. an. II. 8.* certo saltem tempore foecundari. *VARRO de R. R. II. 1. 27.* *COLVMELLA VI. 37. 3.* *PLIN. VIII. 44.* et ad eund. *HARDVINVS. BARTHII aduersar. 42. sq.* *BOCHARTI hieroz. I. 2. 20.* nouissime *Rozier obs. sur la phys. &c. pour 1772.* Inter prodigia a *LIVIO* et *OBSEQVENTE* annotata saepius legitur.

l) *Opusc. physico-math. Hannov. 1753. p. 27. sqq.*

m) *PÆRERIUS in Genesim T. II. p. 185. sqq.* plurimis disputat num mulus ingressus fuerit arcain Noë nec ne?

n) *Genes. c. 36. v. 24.* *BOCHART l. c. prolix.*

o) *Hom. Il. β. 852.* qui ab Enetis deriuat eos.

p) in Cypseli area. *HEYNE vir summus über den Kasten des Cyps. p. 58.* Clar. C. circa 660. a. C. *ii.*

q) vidit in viuario Cliffort. perill. *a LINNE' S. N. XII. p. 96.*

tu ortum dicit r). De canium et simiarum coitu s) et
 inde natis hybridis ambiguus adhuc haesito. Nimis
 diuersa videntur animalia. Duo interim mihi innotue-
 runt exempla, vbi canes femellae e simiis masculis gra-
 vidae factae dicuntur, quibus omnem negare fidem,
 nefas ducerem. Alterum in terris Schwarzburgicis ac-
 cedit; hybridri huius iconem, curate depictam, possi-
 det Excell. BüTTNERVS benigneque mecum com-
 municauit. Canem refert, domestici minoris statura,
 colore luteo flauescente; oculi, auriculae, collare pi-
 losum a cane vulgari differebant, paternis iisdem par-
 tibus simillimos esse, relatum est. Alterum Franco-
 furti ad M. ante triennium fere accidisse, testis oculat-
 us, fide maxime dignissimus, retulit: peperisse catel-
 lam ex Simia Diana L. foetum, ferocitate, ingenio,
 habitu gibbosof, et cauda longiore patri simillimum.
 Rem indagandam relinquimus iis, quibus fortassis oc-
 casio erit curatius obseruandi; notae enim sunt diffi-
 cultates, quae in huiusmodi experimentis occurunt.
 Aegre eiusmodi animalia, in quibus periculum facere
 animus est, ab aliorum confortio arceri possunt, ita
 ut simul coëundi appetitus in iis seruetur; porro si quid
 fortuito pulli peculiare habent, statim illud diuersis
 parentibus tribui solet &c. Quod mihi suspecta reddidit
 eiusmodi facta, illud praesertim est, quod plures,
 vtriusque generis diuersaeque speciei simias, medios in-
 ter canes, itidem vtriusque sexus per plures annos con-
 tinuo versantes, cum iis ludentes &c. viderim, nec
 tamen ex dictis quidquam ipsis acciderit. Falsi e con-
 trario rumoris frequentia sunt exempla, vt felis, cum
 duobus catellis simul nati, cuius fama viciniam nostram
 ante aliquot annos peragrauerat; rite tandem consi-
 derato,

r) BOCHART *Hieroz.* I. p. 832.

s) OSBECK *Ostindisk Resa.* p. 99.

derato, quod felem dicebant, animalculo, prudentiores facile canem paulo deformem agnouerunt, totumque prodigium in risum versum est. Neque aliter interpretor CLAVDERI *t*) felis ab sciuro compressae histriam, ex cuius pullis unus patri, reliqui matri similes fuisse dicuntur; aliasque huius farinae narrationes.

Ab his omnibus probe separanda sunt infoecunda plane animalium diuersae speciei connubia. Damus quidem, venere flagrantes brutorum mares femellis suae speciei carentes, interdum in alias, cum quibus versari licet, ita fortassis aestuare, ut cum ipsis coire periclitentur: quod tamen in paucis saltem, iisdemque valde affinibus rite succedere, in plerisque ausis excidere, putamus. Ex eiusmodi autem incongruo impetu, foetus concipi nasciue posse, grauia certe credere vetant argumenta. Referas hoc in multis genitalium inaequales proportiones *u*): quae quidem partes in eiusdem speciei utroque sexu ad coitum prouide et studiose aptatae sunt, in remotioribus generibus totam rem aut impossibilem, aut difficillimam, certe ad concipiendum ineptam, reddunt. Porro non video, ad quas leges eiusmodi diversorum parentum proles in utero euolui possit, cum in quavis animantium specie, matri gestationis et graviditatis, foetui autem euolutionis et progressui incrementi certa et fixe definita sint tempora. Quaedam huiusmodi praeter naturam contingentium connubiorum recitare exempla operae pretium erit. Prae omnibus maxime paradoxon videtur cuniculi cum gallina connubium a REAVMVRIO *w*) adeo celebratum; ab ipso tamen populari suo BUFFONIO *x*), HALLERO *y*) aliis-

t) Epb. N. C. Dec. II. ann. IX. p. 371.

u) v. HALLER Physiol. VIII. p. 9.

w) Art de faire éclorre les poulets T. II. p. 340. sqq.

x) Hist. nat. VI. p. 323. sq.

y) l. c. et ap. BONNET corps organ. II. p. 214.

aliisque in dubium vocatum: cum **BUFFONIO** nec id quidem succederet, vt ex lepore saltem et cuniculo, adeo affinibus animantibus, pullos excitare potuisset; et si hos inter se coiuisse suspicetur. Recte ideo credit *Cl. Vir.*, si vnuquam compresserit cuniculus **REAV-MVRII** gallinam, ex nimia salacitate id factum fuisse, et deficiente gallina alia fortassis re eodem fine usurum fuisse. *Mirandae* interim rei alia adhuc extant testimonia. Ita venerandus praeceptor **BÜTTNERVS** ipse saepius olim cuniculos, gallinas comprimentes vidit, quae autem irrita post haec oua (*hypenemia appellabant veteres*) posuerunt. Cuniculum solitarie inter gallinarum chortes versante, saepe quidem cum his ludentem et petulante vidi; nunquam autem vltro quidquam tentasse eum, aut vere coiuisse cum iis, obseruare potui. Simile quid de cane domestico *Io. MATTH. GESNERI V. Cl. audio*, quem itidem gallinas ita subegisse, referunt. Non adeo miror, cum canes lascivientes inanimatis nonnunquam rebus, ad genitalia fricanda, vti, notum sit. Gallum calecuticum anatem compressisse, et vice versa anatem masculam, gallinam, pullosque inde *mirandae* formae produisse, dictum est z). Coire inter se saepius obseruatum. Est adhuc in vrbe anas mascula, quae similem in gallinas exercet venerem, sterilem quamvis. Plura eiusmodi prodigiosi aequae ac infoecundi coitus omittimus exempla, cum de *Iumaris* adhuc paucis agere animus sit, famosis illis diuersi plane ordinis, taurini scilicet et equini, hybridis.

Nescio vnde habuerit *Cl. BUFFON a)*, *COLV-MELLAM* iam *Iumarorum* mentionem facere, citari que

z) *physic. Belusfig. p. 392. SPALLANZANI in memorie sopra i muli. p. 18.*

a) *T. XIV. p. 248.*

que eum a C O N R . G E S N E R O . Nec illum eos tetigisse, nec hunc eum super ipsis citare, eruere potui. Ipsum contra G E S N E R V M primum de Iumaris loquutum fuisse b) puto. Nam L I V I I C) equileum e bove ad Sinuissam natum, hoc non referto, cum rem tanquam inauditam inter prodigia referat. Tigurinus autem polyhistor “peculiare quoddam mulorum genus „ in Gallia circa Gratianopolin haberí, audiuisse alii „ quando; quod ex asina et tauro natum, vernacula „ lingua Iumar appelletur. In Heluetiae alpibus, su „ pra Curiam ad pagum Spelugam ex equa et tauro na „ tuum equum ex viris fide dignis accepisse” d).

G E S N E R O coaetaneus fuit H I E R O N Y M U S C A R D A N U S , qui etiam de Iumaris, et quod dentes habeant superiores e), fintque valde robusti et audaces f), dixit.

Post eum I. B A P T . P O R T A , se ipsum Ferrariae vidisse eiusmodi animal, forma mali, capite vitulino, cornuum loco duobus tuberculis, colore nigro, oculis taurinis, retulit g). Repetita haec sunt postea h) ad I O A N N E M L E G E R U S Q U E , qui prolixe magis i) de iis praecepit, iconemque simul addidit. “Nasci dicit „ Iuma-

b) Hist. quadrup. vivip. p. 19. 106. et 799.

c) Dec. III. L. 3.

d) cf. I A C . R V E F F de conceptu &c. p. 48. a. in monstro- rum historia.

e) Contradic. Medic. L. II. Tr. VI. contrad. 18. p. 444.

f) ibid. p. 448.

g) Mag. nat. L. I. c. 9. addit audiuisse, eos in aliquibus Galliae partibus vulgares esse: et si per Galliam transiens non viderit.

h) P. Z A C H I A S quaest. med. legal. T. I. p. 533. ex equa et tauro.

i) Histoire generale des Eglises evangeliques de Valées de Piemont ou Vandoises. a Leyde 1669. fol. p. 7. repet. in Almanach de Gotba 1767. p. 63.

„Iumaros vel 'ex connubio tauri et equae, vel ex illo
 „tauri et asinae: illos proceriores esse statura et *Baf*
 „appellari; hos minores *Bif* dici; illis maxillam supe-
 „riorem luculenter breuiorem esse inferiori: porcello-
 „rum in modum; dentes superiores ad pollicis f. digi-
 „torum duorum distantiam magis retrorsum po-
 „sitos esse, quam inferiores. His, *Bif*, inferiorem ma-
 „xillam breuiorem esse superiori, ut in leporibus esse
 „soleret, dentesque superiores praestare inferioribus.
 „Neutrum ideo genus villaticis passionibus vti posse,
 „nisi tam longa sint graina, ut lingua illa decer-
 „pere possint. Capite caudaque boui simillima esse
 „haec hybrida, cornuum vestigia exiguis tuberculis
 „significari. Quoad cetera, asino aut equo simillima
 „esse. Mirum iis esse robur, certe si corpus exile spe-
 „ctes; minores esse mulis vulgaribus; parum come-
 „dere eos, cursu velocius esse: se ipsum una die 18 mil-
 „liarium iter in montosis cum tali Iumaro fecisse, idque
 „multo commodius, quam cum caballo fieri soleret".

Ex hac relatione pleraque bona fide receperunt
 nuperiores k) et praeter Pedemontium &c. alibi etiam
 extare Iumaros dixerunt. apud Tunetanos et Algiren-
 ses S H A W l), in capite viridi M E R O L L A m), Lan-
 guedoci n).

Sensim

k) VENETTE p. 324. ex equo et vacca. Ex vacca et
 asino natis vngulam fissam tribuebant. BOVRGVET
 lettres philosophiques IV. p. 160. sqq. e tauri et asina.
 Manuel Lexique. Paris. 1755. Encyclop. Paris. T IX.
 p. 57. B. S. ALBINVS in paelectionib. physiolog. nu-
 perime adhuc auctor libri Cours d'hist. nat. ou tableau
 de la nature T. I. Par. 1770. 12.

l) Travels p. 239. ed. Oxf. 1738. f. dici Kunrab.

m) Voyage to Congo in Churchilli Collect. T. I. p. 655.

n) Dictionnaire Languedocien. François par M. l'Abbé de
 S. . . . à Nimes 1756. 8. p. 256.

Sensim curiosiores facti naturae scrutatores, se-
care cupiebant huiusmodi hybrida. Frustrati spe RE-
AVMVRIVS o) et B. S. ALBINVS (qui ex Africa af-
ferri iusserrat vnum, quod autem in itinere periit). Contigit postea veterinario Cl. BOVRGELAT, esse
tam felici, ut Iumarum in theatro Lugdunensi cultello
subiicere posset p). neque tamen adeo certa sunt, quae
ex conatibus huius viri redundarunt, cum famae ni-
mum credidisse videatur. "Ventriculum forma qui-
dem equino similem esse, multo tamen maiorem. In
totum etiam plus ab equa quam ab tauro inesse Iu-
maro, tam quoad formam externam, quam quoad
interiorum constitutionem, ventriculi praesertim,
cuius in taurino genere ob ruminationem singularis
plane structura nota sit. Denuo ideo firmari physi-
corum observationem, qui matri in formando foetu
plus tribuerent quam patri." Effecerat adeo labore suo
V. Cl. vt incertiores essent eruditii quam dudum q).
Cl. BUFFON post ea binos Iumaros secari fecit. Py-
renaicum alterum, alterum e Delphinatu. In neutro
bonis vestigium repertum fuisse refert r).

Haec omnia tamen nondum sufficere videbantur
naturalis historiae curiosis. Factum ideo est, ut ma-
ximi nominis Virorum BONNETI sc. et SPALLAN-
ZANII intercessione, Cardinalis delle LANZE peritio-
ri magis cultello subiici Iumaros s), tabulasque anato-
micas super ipsis confici iuberet. Luculenter ex his
conatibus apparuit Iumarum putatiuum nil esse nisi me-
rum

o) Mem. sopra i muli p. 6.

p) Avant-Coureur 1767. no. 50. sq.

q) Dictionn. des animaux. T. II. p. 555. pluribus Bo-
MARE dict. T. VI. p. 174. sq.

r) l. c.

s) BONNETI ad SPALLANZ. ep. in Mem. sopra i muli
p. u. sq. Encyclop. par DE FELICE T. XXV. p. 242.

rum hinnum t) (Bardeau). Laryngein, glottidein, ventriculum simplicem, bilis vias, omnia equino generi similia esse, a bouino differre.

Ita deum demonstratum est quod pridem suspicatus erat summus HALLERVS u). Ipse nuper adhuc Casselis binos hinos quos Iumaros esse rumor ferrebat, minus vidi. Erant statura afini maioris, a cuius forma etiam parum abhorabant, colore nigro, dentibus utriusque maxillae equinis w); ruminations ne vestigium quidem &c.

Sed e diverticulo in viam reuertamur. Quae huc usque dicta sunt partem ad demonstrationem difficultatum quae in historiis hybridorum, diuersae nimis speciei occurunt, partem ad aliqualem euolutionis probationem pertinent, nobisque in posterum usui erunt, ubi et in solis varietatibus elucebit plurimum formae a matre, pauxillum a patre animalibus impertiri.

Paucissimis adhuc de humanis illis partibus hybridis absoluere licet, quos e brutis aut nasci aut generari tam copiose docuit credula antiquitas x), quibus autem in

t) ex equo et asina. VARRO de R.R. II. 8. 1. COLVEMELLA VI. 37. 5. PLIN. VIII. c. XLIV. 5. HESYCH. Τινυος, και πατητηρ ιππος, η τε μητηρ ουος. minor mulo, laborum patientissimus, cauda asinina &c. contrario plane sensu hinni mulique notiones sumit Perill. u LINNE gener. ambig. amoen. acad. VI. p. 12. sq.

u) l. c. p. 9. mibi haec nimia videntur, neque uila penis taurini ad vaginam equae est proportio.

Quam supra p. 12. tetigi difficultatem, eadem et heic eluet si pouimestrem vaccae grauiditatem cum undicemestri equae compares.

w) cf. quoque Bemerk. eines Reisend. durch Deutschland, Frankr. Engl. u. Holl. 2 Tb. p. 60 sq.

x) IAC. RVEFF. PARAEVS. ALDROVANDVS. SCHENK. LICETVS, alii monstror. compilatores. de puella Suecica ab urso compressa, hincque filium heroem enixa SAXO GRAMM.

in totum omnem denegare fidem praeteralia physica, maximi momenti moralia argumenta iubent, ita ut sumimum numen prouidisse iam horrendis eiusmodi connubiis, inaniaque ea reddidisse verosimillimum sit.

Quae in hybridorum disquisitione probe distinguenda esse supra iam monuimus *y*) ad ea et heic attendere necesse est. Homines cum brutis nefando scelere coivisse quidem veterum *z*) et recentiorum *a*) quaedam loca probare videntur. Foecundum autem alicubi extitisse eiusmodi immanem congressum nullum extat cui fidere possis exemplum. Imo quae de Indarum cum simiis maioribus coitu, et inde natis anthropomorphis referuntur *b*) IACOBO iamiam BONTIO *c*) viro cete-

roquin

et OLAVS M. (ansam fortassis praebuit fabellae de vrso-
rum in grauidas furore, huncque fistendi singulari reme-
dio). E veterum scriptis studiose exempla colligit THOM. REINESIVS popularis meus vir summus schola
ICtor. medica p. 493 sqq. recentiora habet STORCH *Kinderkrankh.* I. p. 16.

y) p. 9.

z) PLVTARCHVS hinc inde in *sympoſio et parallelis*. VIRGIL.
Ecl. III. 8. &c.

a) de 3000 Italib[us] auxiliaribus Duci de Nemours 1562 in Delphinatum missis inque capras infantibus BAYLE
Dict. Art. *Bathyllus* T. I. p. 469. TH. WARTON ad THEOCR. *Idyll.* (Oxon. 1770 4.) I. 88. p. 19. "audiui ex docto quodam amico, qui per Siciliam insulam iter faciens, ibidem cum vetera monumenta, tum populi mores accuratus inuestigauerat, inter confessionis articulos a siculis capratis apud montes vitam solitariam degentibus, etiamnum per sacerdotess proprios rite solere existigi, an rem cum hircis suis habuerint."

Manati genitalia femininis adeo similia esse ut Arabes cum ipsis coēant relatum est. cf. EXC. MICHAELIS *Frag.*
an die nach Arab. reisenden. p. 115.

b) v. post alios ZVCCHELLI *relat. di Congo* p. 148.

c) b. n. et med. IND. V. c. 32. "nec pueri credunt, nisi qui nondum aere lauantur,"

roquin satis credulo dubia et fabulosa visa sunt. Et si etiam libidinosos simiarum mares, feminis humanis in aestuare concederes, de procreanda tamen sobole vel ideo ne cogitandum quidem foret, cum iidem peregrinatores, feminas in amatorum brutis amplexibus misere perire, referant d).

Abominandum relinquimus argumentum, idque eo libentius, cum scopo nostro appropinquari oporteat, ita tamen, ut priusquam varietatem hominum inter se scrutemur, de ipsa hominis ab reliquis animalibus discrepantia, paucissima verba faciamus. Fecundissimum sane et pulcherrimum argumentum, cui autem diutius immorari angusti libelli limites prohibent, quodque hic loci tribus tantummodo verbis absoluere necesse est, et si pauca ea, quae super eleganti hacce materie collegimus, alibi publici iuris facere lubentes pollicemur.

Optime in praesenti defungi putamus, si prius de animae dotibus, tum de corporis structura acturi sumus: quae tamen bina momenta ne minimam quidem inter se relationem habere videntur: ita ut ab organica animalium structura, cum humano corpore comparata, ad eorundem animae facultates, nulla plane valeat consequentia; quod cuius elephantem aut equum cum simia (quam simulacrum hominis, imo quoad faciei corporaturam Φαρεναύ et membrorum motiones hominem dixit REINESIVS e)) comparantifacile patebit.

Argumenta quae, currente praesertim seculo, steriles plerumque lites concitarunt de anima, ratione,

d) cf. eleganter super hoc argumento differentem CL. WIE LAND aduers. ROUSSEAU in Beytr. zur geh. Gesch. des M. V. u. H. II. p. 50 sqq.

e) var. lect. p. 69.

loquela &c. brutorum, non adeo difficultia et confusa videntur, dummodo cum animalium moribus familiarior paulo, corporis humani physiologia non expers, praeiudiciis autem liber satis sis.

Defunt ergo homini soli, quos vocant *instinctus* s. facultates connatae se ipsum ab iniuriis externis defendendi, victum salubrem quaerendi &c.; artificiales (*Kunst-Triebe*) in totum, reliqui eatenus, ut levia tantum eorum vestigia agnoscas.

Miserum ideo esset genus humanum, nisi indemne seruaretur *rationis* usui, qua plane desitui reliqua animantia, eaque solo sensu interno s. communi, vere materiali (nec ipsi tamen homini denegato) praedita esse, mihi certe, post ea omnia, quae super animam brutorum rationalem legi f), cum animalium vitae genere, actionibus, et quae fere princeps est speculatio, studiosamque mereretur attentionem, cum mortis in brutis et homine, phaenomenis, comparaui, vero simillimum videtur g). Instinctus sibi semper similis manet, nec cultura proficit, nec in tenello animali minor aut debilior est, quam in adulto. Rationem e contrario germini delitescenti comparare licet, quod temporis demum progressu, vitae socialis, aliarumque externalium rerum accessu, euoluitur quasi, efformatur, excolitur. Iuuenius iam vim suam sentit adeo ut armis nondum natis vti audeat:

Cornua

f) nuperrime *Deutsch. Merkur.* 1775. Sept. Oct.

g) CARDANVS de subtil. L. XI. p. 551. T. III. Oper. "Homo non plus est animal, quam animal planta. Si enim animal quamvis nutritur et viuat, plantae nomen non meretur, nec omnino planta est, quia animam quae sentit, habet, praeter plantam, homo cum praeter animal mentem habeat, definit esse animal &c."

Cornua nata prius vitulo quam frontibus existent,
Illis iratus petit, atque infensus inurget h).

Vnde nisi intus monstratum? Hōmini e contrario nihil huiusmodi contigit. Nudus, inermis nascitur, nullo munitus instinctu, totus a sociali vita, ab educatione pendens. Haec rationis flammulam sensim suscitat, quae demum sola eorum omnium defectum feliciter compensat, quibit bruta homini praestare videbantur. Homo, inter feras educatus, humano consortio destitutus, ferus euadit. Nunquam autem vice versa idem feris contingit inter homines degentibus. Neque castores et phocae, socialiter viventes, neque domestica animalia, nobiscum familiariter versantes, ratione praedita euadent.

Directa ex dictis patet vocis et loquelae animalium differentia i) qua homini soli k) loquela f. rationis vocem, brutis affectuum solum linguam tribuendam esse putamus. Ratione temporis progressu euoluta, mens ideas linguae committere studet. Infantes tenelli caris sibi personis nomina imponunt, quod nulli vñquam animali contigit, et si herum suum, aliosque familiares probe dislinguat. Nullam adhuc attentio-

nem

b) LVCRET. V. v. 1033. sq. cf. plurimis REIMARVS Trier.
der Th. p. 202 sq.

i) eleganter Cl. COVRT de GEBELIN in *plan général du monde primitif*. p. 10. La langue est double: celle des sentiments et celle des idées: la première commune à l'homme avec les animaux, mais beaucoup plus parfaite chez le premier. la seconde absolument privative à l'homme, parce qu'elle ne pouvoit convenir qu'à lui répondant à des opérations auxquelles lui seul entre tous les Etres qui vivent sur ce Globe, puisse s'élever.

k) hinc Rabbinis nonnullis haud inepte homo dicitur *animal loquens* חָזֵר בְּבָבָה

nem merentur quae prisci peregrinatores de remotiorum quorundam populorum linguis protulerunt, quos voce solum inarticulata et bruta quasi, instructos esse tradiderunt. Certo certius est ferocissimis gentibus, Californiis, capitis bonae spei accolis &c. peculiare loquendi genus et determinatarum vocum copiam esse, et e contrario animalia, siue quoad corporis structuram homini similia, quale celebris *oran-utan*^{l)} est, siue humanis sensibus proxima, ut Plinii verbis de Elephante utar, loquela deslitui, eaque paucos, et maxime aequiuocos sonos emittere. Loquelam folius rationis opus esse, vel ex eo constat, quod alia animantia, etiam si eadem fere cum homine vocis organa habeant^{m)}, illa tamen penitus destituantur.

Iam si corpus humanum species, facilius certe quemuis hominem a quoquis alio animante primo statim intuitu distinguere, quam fixa criteria constitueret poterisⁿ⁾ quibus ille a ceteris differat. Summum Numen eo minus euidentes firmasque corpori humano characteres distinctius addidisse videtur, quo magis summum eius opificium nobiliore sui parte, ratione nempe, reliquis omnibus animantibus longissime praefstat.

Attamen operae pretium erit pauca ea sigillatum recensere, quae nostro corpori propria esse videntur. Huc prae ceteris situm erectum referrem, quem plane

^{l)} v. TH. BOWREY *Malayo Dictionary* Lond. 1701. 4. OTT.
FR. v. d. GRÖDEN *Guineische Reisebeschr.* p. 31.

^{m)} In simiis vuulam, reliquaque humano laryngi similli-
ma ipse reperi. In Pygmaeo suo TYSON p. 51 fqq.

ⁿ⁾ Perill, a LINNE' nullum haec tenus characterem eruere
potuit, vnde homo a simia internoscatur &c. v. praef.
ad *Faun. Suecic.*

ne intactum relinquere nupera Cl. P. MOSCATI^{o)}) paradoxa prohibent, quamvis rem ad liquidum explorata in soleque meridiano clariorem recoquere et rumigare quasi, piget. Certe Cl. Virum elegantem ceteroquin et in plurimis laude dignissimum libellum tentamenti gratia neque adeo serio confecisse, est quod credam, cum partem argumentis vsus sit quae certe a viro anatoines humanae et comparatae gnaro, imo ad utramque non semel prouocante, haud expectasse; partem grauiissima et omni exceptione maiora moimenta pro homine bipede, iam a magno GALENO^{p)} et immortali BARTH. EVSTACHIO^{q)} studiosissime pertractata, intacta plane reliquerit. Faciles damus Cl. Viro^{r)} minus fortassis ponderis inesse vulgaribus illis pro situ hominis erecto argumentis, a situ foraminis magni occipitalis^{s)}, brachiorum ad pedes ratione, mammis, pectore^{t)} et humeri figura desuntis. at enim vero difficultiora restant incessum bipedem mirifice probantia. Taceo cordis apicem eiusque in embryonibus hominis et brutorum directionem, quem quidem Cl. Vir tangit^{u)} ita autem explicat, ut contrariae opinioni arma ipse tradere videatur. Taceo validum illud a capitis cum primis ceruicis vertebris connexione et motu, de-

sum-

^{o)} delle corporee differenze essenziali, che passano fra la struttura de' Bruti, e la umana. Milano. 1770. 8.

^{p)} praesertim in aureis de usu partium libris. v. c. L. III.
c. i sqq. p. 125 sqq. c. 16. p. 193. L. XIII. c. II. p. 765.
vtor ed. Lugd. 1550. 16.

^{q)} per totum fere Ossium examen. in primis p. 175. ad 182.
ed. Venet. 1564. 4.

^{r)} p. 34.

^{s)} DAVBENTON sur les Différences de la situation du grand trou occipital dans l'homme et dans les animaux in mem.
de l'Acad. des Sc. de Paris. 1764. p. 568 sqq.

^{t)} lege tamen EVSTACH. I. c. p. 175.

^{u)} p. 26.

sumum argumeutum, quod eo lubentius hic omitto cum summi EUSTACHII egregius super id extet labor ^{w)}, quem fere totum transcribere oporteret. So-
la pelvis pedumque structura anatomes ceteroquin ex-
pertes, quadrupedis ossium compagem vel obiter cum
humana comparantes, facillime in nostras trahet par-
tes. Videat quis ilia humani sceleti latissima, in an-
gusta ischia inferius desinentia, peluem breuem, su-
pra valdopere dilatatam, infra ita arctatam ut fetui
quidem exitus pateat, vteri autem prolapsui prouide
prospiciatur &c. comparet ea cum oblonga, recta et
quasi cylindrica quadrupedum pelvi, cum lata eius co-
xendice, ischiis diuaticatis &c.; consideret deum glu-
taeorum, crurisque muscularum nexus et fabricam
in homine et brutis &c. et tum dicat qualem eundi mo-
dum illi conuenire verosimile videatur. Periculum fa-
ciat in quovis sceleto animalis recenti, aut saltem CO-
TERIANAM iconem ^{x)} vulpis sceleti erecli, posteriori-
bus tantum pedibus ridicule incidentis videat, et con-
tra humanum sceleton brachii et pedibus innixum sibi
singat, et non potest non fieri quin brutum bipes et
hominem quadrupedem pro aequo prodigiosis habeat.
Inseparabilis est cum pelvis generaliore consideratione,
alia acetabuli et capitis ossis femoris, ceruicisque eius-
dem demonstratio. Pertinent huc ceruix in homine ob-
longa quae sensim oblique deorsim ducitur, in brutis
imo et in simiis breuis, propemodum transuersa, ca-
putque obliquius cum coxae articulo commissum, tota
porro pedis ossium syntaxis, calcaneus homini crassus,
iunctura tarsi cum ipsa pedis planta, qui ipse in homi-
ne oblongus latiorque existit, plurimaque id generis
alia

^{w)} l. c. p. 234 sqq.

^{x)} *Scelet, animal.* Norib. 1575. fol. maj. Tab. II.

alia ^{ad} hoc spectant, anatomae cultoribus ad nauseam tri-
ta et notissima, aniatrologis autem intellectu diffici-
liora, quare ea longa deducere virga ineptum fore pu-
tamus, eo magis cum fontes iam diximus e quibus
haurire poterint qui facillimae rei plura adhuc argu-
menta desiderant. Directe ex dictis fluit alia hominis
proprietas manus nempe duea quas soli humano gene-
ri tribuo, cum similiis e contrario aut quatuor aut nullae
plane competant, quarum hallux remotus a reliquis
pedum digitis iisdem ipsis usibus inferuit quos manuum
pollices praestant. adeo certa res est ut vel ex eo solum
capite ROBINETI y) foetus-pongo certissime pro em-
bryone vere humano habendus sit etiamsi reliquias cor-
poris partium rationes et totam structuram mere hu-
manam negligeres. De manus humanae formatione
admiranda praeter GALENVM z) HAHNIVS a) ex
professo scripsit.

Si haec omnia rite pensito adeo fere adducor ut
etiam notissimum illum oran-utan naturaliter quadru-
pedem esse censem. Noui quidem plerosque itine-
rum auctores de ipso verba facientes illum pro bipede
venditare. Quae tamen in contrariam ire sententiam
me iubent, praeter multorum peregrinantium pronita-
tem admiranda paulisper exaggerandi, sequentia sunt:
primo nonnulli qui haec animalia descriperunt, sae-
pius b) tantum ea pedibus posterioribus incedere di-
xerunt, quod certe suspicionem excitat, ea quoque

vt

y) *Essais de la nature qui apprend à faire l'homme* tab.
IX. p. 155.

z) I. c.

a) IO. FR. HAHN *de manu hominem a brutis distinguente.*
Lipf. 1719. 8.

b) LE GVAT T. II. p. 95 — souvent — TULP. L. III.
c. 56 — multoties —

ut cetera animalia quadrupeda iuisse: porro, plerique iconibus exhibiti c) baculo innituntur, vrsorum fere saltantium more. Vola manus eorum aequa alte sufflata, plicis et scissuris distincta est, ac pedis planta d). Calcanea depressa, minus prominula firme incedere prohibent. Si interiora spectes, pelvis elongata, femorum ossa, aliaque quae modo diximus, praeterea autem musculus elevator claviculae e), naturali statu quatuor incedere pedibus hoc animal, maxime probabile faciunt. Simiae longimanae f) exemplum eidem opinioni egrégie fauet. Soli ergo homini bipedem esse contigit, nisi forte manatum, aves, (pinguinos praeprimis), aut lacertam Sirenem obiicere velles. Et etenim situm homini praeter naturam esse, illorum infelicium exemplo minime euincitur quos inter feras educatos fuisse hinc inde relatum legimus. Dura necessitas, fortassis etiam imitatio miseris manibus pedibusque simul incedere docuit, cum nemora et fruticosos saltus immo ferarum cubilia et receptus perreptare ipsis necesse fuerit. neque tamen omnibus id contigisse certum est. Hassiacus ille g) inter lupos repertus interdum saltem quadrupes incedebat: Zwollenensis h) et Campanica i) puellae, Hamelensis k) puer &c. recti ibant.

c) TYSONIS, EDWARDII, BUFFONII. ille Oran-vtan quem Jenae 1770 viuum vidimus, nonnisi baculo suffultus pedibus posterioribus insistere, neque facile deambulare poterat.

d) V. LE CAT *Traité du mouvement musculaire* tab. I.

e) TYSON anat. of a pygmy fig. 3. 12. pag. 87 opusculorum. Lond. 1751 editor.

f) *Homo Lar LINN.*

g) DILICH. *Hessische Chronick.* P. II. p. 187.

h) Bresl. Samml. Ian. 1718. Aug. et Oct. 1722.

i) Hist. d'une fille sauvage &c. à Par. 1761. 12.

k) Bresl. Samml. Decembr. 1725.

ibant. Imo nec argumentum ab infantibus desumptum locum habet, cum cuius tenellos eiusmodi obseruant notissimum esse debeat, eos vix vñquam quadrupedes repere, sed clunibus magis insidere, manibus inniti *l*), et pedibus quasi remigare. Minus recte ergo dixerat PLINIVS *m*) primam roboris spem, primumque temporis munus, quadrupedi similem facere hominem. Qui autem erectum situm morborum somitem faciunt, cum veterinariae medicinae, tum eorum malorum *n*) obliuiscuntur, quae miseris homines feros quadrupedes vexasse legimus.

Sed praeter situm erectum et binas manus alia quoque consideranda restant, quae itidein humano generi propria esse videntur. Omnium animalium unicus homo inermis plane et nudus in hunc orbem positus esse videtur. nec dentes, nec cornua, nec vngulae, nec tegmina, nec pellis hirsuta ipsi data sunt. Non est quod animalia obiicias his omnibus similiter destituta; in his enim semper aliquid inuenias quod ipsos sartos quodammodo seruet *o*). Homo autem omnibus quae modo diximus aut plane, aut certe maximam partem destituitur. Depilis sere est, cum quadrupeda quae dorsum coelo et tempestatis obuertunt aut pelle hirsuta, aut cute crassiore, aut testis, aut squamis, aut aculeis imunita sint. Hominis paucae saltem corporis sui regiones pilosae *p*), at dorsum pene caluum est, quod certe nouum

l) ita quoque Hamelensis puer. Bresl. Samml. I. c.

m) VII. i. T. I. p. 369 ed. HARD.

n) v. c. tumores hypochondriorum &c. hiberni inuenis ap. TVLP. IV. 10.

o) Polypo vix villus hostis est, et vulnera ipsi forte illata in noua suae speciei animalia ex crescunt.

p) rara pilosorum hominum exempla obiici nequeunt, quae inter monstra referre malem. Familiam hirsutam

nouum pro homine erecto argumentum praebet. Dentes aequales magis, rotundiores, planiores et uno verbo ita constructi, ut primo intuitu pateat homini maxime ad victim mandendum, quodammodo etiam ad loquoram, minime autem armorum *q)* loco eos datos esse. Ipsi simiarum dentes longe ab humanorum forma recedunt. Canini ipsis longiores, acutiores, a vicinis remotiores; molares autem alte incisi, spinis quasi acutissime prominentibus horridi. Praeter dentes, etiam os angustum hominem mitem et inerinem demonstrat, quod labiis ornatum est, quibus ipsis etiam a similiis aliisque sibi similibus bestiis differt.

Disputatum est, num brutis eadem animi pathemata *r)* competant quae homini. difficilior quaestio fit si modos quibus hi doloris gaudiique sensum declarant, praeprimis fletum risumque respicias. Lacrumari animalia certum est, cum iis organa ad *s)* plorandum data sint, humanis partem simillima: in id autem altius inquirere oportet, num hoc tristis affectus impulsu iis accidat. Relatum est de quibusdam

v. c.

ex Ins. Canariis v. ap. ALDROVAND. monstr. hist. p. 16
sqq. eti fid. as fabuloso ceteroquin auctori, non magis tamen mireris necesse est, quam sedigitorum stemmata. cf. ZAHN Specul. physico-math. hist. T. III. p. 70.
Ipse memini, opilionis illius anthropophagi *ao.* 1772.
Berkae prope Ienam iudicati, dorsum, cum iam per aliquot hebdomades rotae implicatus tempestatiue expostus esset et vestimenta defluerent, totum pilosa hirsutie obtectum apparuisse.

q) "quon homo sit animal mansuetum et ciuile, cuius robur et vires magis in sapientia quam corporis fortitudine consistit." EVSTACH. de dentibus p. m. 85.

r) eleganter super hoc argumento Cl. MOSCATI l. c. p. 38 sqq.

s) BERTIN sur le Sac nasal ou lacrymal de plusieurs Espèces d'animaux. mem. de Par. 1766. p. 281 sqq.

v. c. de Simia oran-vtan *i*), ignauo *u*), phocis *w*),
equo *x*), ceruo *y*), tarda *z*), testudine *a*) &c. Optimi STELLERI narratio certe inter reliquas maximam fidem meretur; ita ut tristem ploratum animalibus communem cum homine esse, probabile sit. De laetitiae effectu risu videlicet magis dubium est. Sunt nonnullis animalibus peculiares tranquillitatem aut gaudium declarandi modi *b*), faciei musculos autem mutari *c*), aut cachinnos edi, praeter hominem vix in alio animanti obseruatum esse posso. Simiarum crocatus, aut ignaui voces non magis hic pertinent, quam canium latratus aut avium foni, gaudii indices.

Puellae peculiare quidquam habent, quod reliquis animantibus omnibus etiam si intacta fuerint, negatum esse videtur, hyinen puta, huinano generi magis forte morales ob causas *d*), quam ut physicos usus habeat, concessum. Fluxum menstruum feminine inter homines sexui soli quoque tribuerem *e*). Sunt quidem qui alia quoque animantia eius sexus menstrua pati dicant

t) BONTIVS L. V. c. 32. LECAT l. c. p. 35. qui tamen bonus vir in totum huic simiae nimium tribuere videtur, quo magis eam, transitum vix sensibilem ab homine ad cetera animantia facere, studet euincere.

u) ARTEDI in descr. muf. Sebae I. p. 53.

w) STELLER v. sonderb. Meertb. p. 140.

x) SCHNEIDER de catarrho p. 371.

y) officinales. alii pro sordibus, concremento osseo &c. habuerunt.

z) QVIQUERAN laud. prouinc. p. 36 sq.

a) LIGON Barbad. p. 36.

b) caudae motus in cane; felium singularis susurrus &c.

c) v. IAM. PARSON's hum. physiognomy explain'd p. 73.

d) lege summum HALLERVM physiol. L. XXVIII. p. 97.

e) Consentient PLINIVS VII. 15. p. m. T. I. p. 382. SOLINVVS ex Democrito I. p. m. 6.

dicant f) et de simiis praesertim plurimis afferuit Cl. BUFFON *). Tota res a *periodici* fluxus notione pendet, quam si probe expendas, simiis vix concederem. Plures nec viuis speciei simias feminas, per plures quoque annos in Excell. BüTTNERI viuario studiose obleruauit, neque tamen menstrua pati eas dicere ausim. Vteri haemorrhagiis easdem interdum obnoxias esse certum est, quae tamen nullas fixae periodi terminos seruant, sed modo post octiduum, modo post tres pluresue adeo hebdomadas in eadem simia, ceteroquin optime valente, redeunt; in nonnullis autem plane nunquam apparent.

Hacc bina ergo, hymen scil. et periodicum sanguinis menstrui fluxum humano generi g) propria esse puto. De clitoride autem et nymphis h) nullum dubium est quin etiam animalibus data sint. Ino clitoris praegrandis et fere enormis in quibusdam conspicitur. Hymen, pudicitiae custos homini soli ratione praedito conueniebat; clitoris autem brutae voluptatis obscenum organon bestiis quoque concessum est. Pauca sufficiant exempla: In papione mandril (S. maimon LINN.) quem praeterita hycme cultello subieci, semiuncialem, turgidam, laxo praeputio cinctam, et adeo eminentem vidi clitoridem, ut facile pro hermaphrodito imponere potuisset ignaris, eo magis, cum glandis virilis similitudinem augeret plicula, in apice corpuseculi conspicua, imperuia tamen. Nymphae detritae videbantur aut cum pudendi labiis callosis, hiantibus, coalitae. Easdem autem distincte simul cum clitoride obseruauit in

f) v. ap. HALLER. I. c. p. 137 sq.

*) T. XIV. XV. saepissime.

g) aniles de Americae quibusdam gentibus fabellae, fluxu menstruo parentibus, nostro aeuo nulla adhuc refutatione egent.

h) dubitat Perill. a LINNE' S. N. ed. XII. p. 33 sq.

in Lemure Mongoz quem aestate praeterita viuum Goettingae vidimus. Ignauo didactylo Musei Regii rotundior clitoris inter tumida pudendi labia prominet. Plura exempla collegit Magnus HALLERVS i).

Haec ergo sunt quaedam momenta, quae humano generi propria et quidem absque curatiore anatome statim dignoscenda videntur. Mitto alia, vt auriculas immobiles k) aut utriusque palpebrae cilia l) quae olim falso soli homini tribuebantur.

Immensus pateret campus idemque amoenissimus si adhuc internam humani corporis structuram eatenus spectare liceret quatenus ab aliorum animantium structura euidentissime recedit. At enim vero limites opelli nostri illinc evagari vetant. Partium ergo eorum qui de his erudiri cupiunt, erit, comparatiuae anatomies autores praeprimis autem eos adire, qui animalia homini quodammodo similia curatissime secarunt, e quorum numero Evstachios m), Coiteros n), Riolanos o) et Tysonos p) nominasse sufficiat. Legant hos, qui forte oran-vtan alias simias homini non adeo dissimiles putant, vt aut pro cospeciebus aut certe humano generi maxime cognatis animalibus, haberi possint. Nobis autem in praesenti ex plurimis pau-

i) l. c. p. 80. adde clitoridem pertusam et in vrinae vesicam duecentem in Lemure Coocang (tardigradus LINN. praestat nomen animalis patrium e Parkinsonio restituere.) ap. Daubenton T. XIII. p. 217. tab. XXXI. fig. 4. annon praeter naturam hoc accidisse verosimile est?

k) ARISTOT. de part. anim. II. II.

l) v. PERRAVLT hist. des anim. P. III. p. 112. ed. Paris. 1732. vidit in Elephanto, struthione, vulture. Ipsius humanis simillimos in plurimis simiis obseruauimus.

m) libris saepius cit.

n) principal. c. b. part. tab. Norib. 1575. fol. maj.

o) Io. Riol. Io. fil. osteologia simiae. Par. 1614. 8.

p) citauimus iam immortale opus.

paucissima saltem selegere, breuiterque recensere animus est.

Quum cerebrum nobilissimum corporis animalis viscus, innumeras et cuius facile patentes ob causas, prae reliquis partibus summam profecto attentionem mereatur, maximi nominis viri eius anatome comparatiuae insudarunt *q*) eosque quibus occasio foret ad similes labores incitarunt *r*). Moniti huius memori, cum praeterita hieme non vnius generis simias secare mihi contingeret, in cerebra earum praeprimis inquisivi, vniusque eorum basin speciminis loco exhibeo
 T A B. I. Fig. 1. Est illud eiusdem papionis Mandril cuius iam memini. Ad foramen occipitis magnum resectum, cranioque exemptum, ponderis erat trium unciar. et vnius drachmae, totum autem reliquum simiae cadauer librar. ciuilium octo cum dimidio. Praecipua in quibus basis eius ab humana structura recedit sequentia *s*) sunt: Lobi cerebri anteriores (*b*) in totum fere coaliti. Cerebellum (*d*) magnum satis pro cerebri ratione, maius quam in pygmaeo. Pons Varolii (*h*) nulla plane fissura a medulla oblongata (*e*) distinctus, sed continuo decursu (*g*) cum ea coniunctus. Corporum pyramidalium et oliuarium ne minimum quidem vestigium (*f*), pari vt in pygmaeo ratione. Ipsa autem oblongata medulla (*e*) multo crassior quam in homine aut pygmaeo. Secundum nervorum par in magnam molem (*z*) coalitum ad ipsum deum in orbitas

q) v. c. SAM. COLLINS's *comparative anatomy*. v. HALLER cum in *physiol.* T. IV. tum in *op. minor.* T. III.

r) HALLERVS *Physiol.* T. V. p. 529.

s) cf. cum nostra icone cerebri pygmaei TYSONIANI Fig. 13. et HALLERIANAM elegantissimam humani cerebri baseos tabulam *icon. anat. fasc. VII. tab. I.* Ut comparatio facilior fieret eundem fere litterarum ordinem retinui, quibus in hac HALLERI tabula visceris partes notantur.

bitas ingressum iterum diuiditur. ante separationem abscessum est. Rete mirabile nullum. Omitto reliqua minoris momenti, quae quiuis anatomice doctus facile agnoscat, cui certe iconem curatissime delineatam esse, fidem dare possumus.

Cerebro cranium eiusdem papionis subiunxi-
mus, (Fig. 2.) in quo praeter orbitas profundiores,
zygoma crassius, dentes a se inuicem remotores, ca-
ninosque immanes sane, aliaque minoris momenti,
peculiare illud os, cui dentes incisores insident, maxi-
mam attentionem meretur. Eo nempe homo caret,
cum omnibus simiis plurimisque aliis mammalibus t)
datum sit. Dubitabam quidem num quoque oran utan
eodem instructus esset; cum nec Tysoniana u) nec
Daubentoniana w) cranii eius icones curatae satis es-
sent, vt futurae probe distingui possent x); neque An-
glus auctor praeceps satis de eo loqueretur y): soluit
autem nodum Exc. F. R. GABR. SVLZER, qui CAM-
PERVM virum summum eiusmodi animalia incidisse,
ideoque os in iisdem reperisse beniuole mihi scripsit.

Alia

t) deest myrmecophagae didactylae, quam nuper dissecui
et cuius sceleton coram habeo.

u) l. c. fig. 5.

w) Mem. de Par. 1764. tab. 16. fig. 2.

x) eodem virtio laborat sceleti simiae longimanae tabula
BvFF. T. XIV. tab. VI, imo egregius cetera COITERVS in
simiae penitae sceleto (quod libro, ultimo loco citato ad-
iecit), idem os notare omisit, quod tamen in quinque
diuersi generis simiarum craniis, quae coram sunt, lu-
culentissime appetit.

y) p. 65. "In a Monkey J observed that peculiar Suture
„Riolan mentions, but did not find it in the Pygmie:
„only in the palate of the Pygmie J observed a Suture,
„not from the Dens Caninus, as was in the Monkey,
„but from the second of the Dentes Incisores.

C

Alia ex hac singulari structura differentia fluit, nasi nempe ossium, quae in humano capite duplia, et rhomboidalis fere figurae existunt; quum in simiis unicum saltem, idemque triangulum conspicatur, quae tamen ut reliqua in hac icone obseruanda per se patent et osteologiae gnaris facillime occurunt, ideoque nulla vltiori explicatione indigent.

Inter reliquas humani et brutorum corporis differentias nonnullae vulgationes vel obiter tantum tangendae sunt. Huc v. c. pertinet membrana nictitans, periophthalmium s. palpebra tertia, quam *in homine leue quoddam fabricae animalium imitamentum* dixit HALLERVS^{z)}, etiam si in ipsis diuersae classis et ordinis animantibus pro vitae eorum genere &c. magnitudine, situ et structura multum variat a).

Musculus porro bulbosus s. suspensorius oculi quadrupedibus fere omnibus b) proprius est, ita ut Ligamentum suspensorium colli, quo hominem tantum et simias deslitui dictum est c). Alba haec et tendinea pars vel vulgo nota nostratisbus dicitur Haarwachs, Anglis

z) physiol. T. V. p. 328 sqq. quam adeant quorum plura de hac membrana nosse interest. Multus quoque circa eam est Cl. PETR. TABARRANI, cose anatomiche in Atti de' fisico-critici di Siena T. III. p. 115 sqq. Cl. de PAVV membrana nictitans eadem est cum membrana pupillaris foetus! — certe pellicule, inquit, que les Anatomistes nomment membrana nictitans, et, qui a de nos jours excité une dispute immodérée entre Mrs Albinus et HALLER &c. Recherch. philos. sur les Americains T. II. p. 70. not.

a) in nonnullis tenuia saltem eius vestigia reperire potui. v. c. in Lemure Mongoz. exigua est in simiis.

b) Deest simiae orangutan TYSON p. 85 ipsi homini falso et pertinaciter tribuerat ANDR. VESALIVS. Cfr. HALLER l. c. p. 421. DOUGLASS SCHREIBERI p. 40.

c) Suminus a LINNE' S. N. XII. T. I. p. 48.

Anglis d) *Packwax*, *Taxwax*, *Fixfax*, et *Whiteleather*; Bruxellenibus e) *Vast* &c. capiti et collo sustinendo quadrupedibus inseruit f). Etiam si autem homo cum simiis eo careat, minime tamen exinde sequitur simias quoque erectas incedere debere, cum in his elegans vertebrarum colli structura, in homine autem vnicce incessus bipes huius ligamenti defectum suppleat. Tota res circa harum vertebrarum corpora versatur et optime ex comparatione ipsorum ossium, in humano et simiae sceleto apparet, quare colli vertebrarum g) totam syntaxin eiusdem papionis incidi curauimus, (Tab. II. Fig. 1.) cuius cerebri basin et cranium modo vidimus, cum in eo res luculentissima sit ideo quod nunquam fere bipes incedat. Hominis 5tam et 6tam colli vertebras subiunximus, (Tab. II. Fig. 2.) In his corpora parallela plana et fere disciformia sunt, quum in simia squamatis quasi processibus in priora declives descendant, et imbricatim alterum alteri impositum sit. Facili ergo experimento patet in his animalibus vertebras se inuicem suffulcire et capiti sustinendo inseruire quod in homine quadrupede ob planas corporis vertebrarum superficies nullum locum haberet capitisque humani adeo grandioris moles difficillime sustineri posset sed pondere suo magis magisque collabescere et subsidere deberet.

Pauca e plurimis selegimus in quibus homo a reliquis animantibus luculentissime differt, pleraque eorum

d) ALLEN MULLEN *anatomical account of the Eleph.* p. 14.
RAY *wisdom of God* &c. p. 261 sq. 338. EI. *Synops. quadrupedum* p. 136. DERHAM *physicotheol.* p. 324.

e) VESAL. *de c. b. fabr.* p. 361.

f) *La Fosse cours d'Hippiatrique* tab. XI. a.

g) Reliqua in quibus simiae vertebrae ab humanis abhorrent ex EUSTACHIO et COITERO transcribere piget.

rum ad vindicandum homini situm erectum probeque eundem a simiis, praesertim oran-*vtan* separandum diximus. Ad hoc praesertim incitarunt nuperorum quorundam Cl. quidem Virorum *b*), rei autem naturalis et anatomicae male doctorum sententiae qui hanc simiam homini satis cognatam et cospeciem dicere haud erubuerunt.

Hanc opinionem longiori refutatione apud rei peritos egere non puto; pauca tamen adhuc de ipso oran-*vtan* dicere non plane alienum ab argumento nostro videtur. Moribus et vitae generi *i*) eius immorari post BUFFONII aliorumque labores non opus est. Species autem eius paulo curatius definire operae pretium erit. Quamvis enim raro in Europa visum sit hoc memorabile animal et non multae genuinae satis eius extant icones, eae tamen ipsae adeo inter se differunt ut nullo modo pro vnica saltem specie haberi possint. Intactas plane relinquimus aut fictas plane aut minus curate exhibitas delineationes quae apud BONTIVM, NEVHO-
FIVM, IÜRGEN ANDERSEN, IO. IAC. SAAR,
et

b) v. c. auctor libri *Cours d'hist. nat.* T. I. bonus ille ciuis Geneuensis *sur l'inégalité parmi les hommes* p. m. 157. not. *8, auctor libri of the origin and progres J of language T. I. p. 289. the ouran-*outangs* are proved to be of our Species by Marks of humanity that I think are incontestable &c. it. p. 175. alibique, (auctorem dicunt *Jac. Burnet de Monboddo v. Montbly Rev. Sept. 1773.*). aequior multo est doctiss. auctor *Historiae Iamaicæ* anglico idiomate Lond. 1774. in 4. editae. v. T. II. p. 363.

i) circa nomen eius oran-*vtan* id saltem moneo, minus recte illud interpretari *homo filus fleti*. Homo Malais dicitur *Manisa*, oran autem cum homini, tum elephanto quem sapere Indae credunt, imponitur. Vertit Exc. BÜTTNERVS cui hanc obseruationem debeo *persona intellegens*.

et FRANC. LEGVAT occurunt; fidas saltem proprius contempleruntur. Erunt hae TULPII, TYSONIS, EDWARDSI, SCOTINI k), LE CAT, et BUFFONI, quae si inter se conferantur cum forma, tum magnitudine plurimum differre deprehenduntur. ab hac specie variate in desumserunt ruperi, ita ut maiorem alterum, alterum minorem oram-utan recipent. Huic autem differentiae parum fido. in quibusdam enim quae Europa vidit speciminiibus infantiae signa l) erant, quae, quum immatura morte opprimuntur omnes, de magnitudine eorum iudicium ferre, vetant. At enim vero totius corporis habitus et partium eius conformatio maiori iure species constituere mihi videtur. Binas ergo ad minimum species recipere licet, quibus ne nomina praeter necessitatem multiplicentur Linnaeana imponere lubet, alterum a Perill. viro hominis speciei immerito tributum, alterum primae simiarum speciei. Sint ergo

1) *Simia Traglodytes* sive *Chimpanſi*, a TULPIO et SCOTINO delineata, macrocephala, torosa, parte corporis postica saltem pilosa, antica, si humeros excipias, nuda.

2) *Satyrus* s. *Oranutan* TYSONIS, EDWARDSI, LE CAT, et BUFFONI gracilis magis, capite minore, densa hirsutie tectus, pilorum humeri et vlnae contraria directione. Talis erat masculus ille quem

k) Scotini icon animalis Chimpanſee ex regno Angola 1738 m. Aug. Londinum ab Henr. Howero, magistro nauis Speaker dictae allati, cura SLOANII seorsim prodidit. repet. in Nov. A. E. Lipf. m. Sept. 1739. Tab. V. p. 564. LINN. anthropom. am. acad Vol. VI. HAVEBERI bibl. magica 35 St. &c. le CAT iconem iam citauimus. reliqui fontes noti sunt.

l) quem BUFFON vidit biennis erat. TYSONIANO nondum dentes omnes rite extabant.

quem Ienae viuum me vidisse iam monui. ad Tysonis figuram proxime accedebat, a Sim. Syluano &c. primo statim intuitu diuersissimus. Delineauit quidem tum temporis rarum hoc animal, doleo autem me curatores partium mensuras &c. neglexisse. Quae partem ipse notaui, partem Excell. I. E. I. M. WALCHIVS primus et aeternum venerandus mihi in historia naturali praeceptor, suppleuit, sequentia sunt: statura erat pueri circiter decennis; colore fusco, facie satis humana; digitis manuum pedumque longioribus, halluce remotiore, suris carnosis magis quam in aliis simiis, scroto pendulo, quadrato fere, albicante, pene paruo Tysonianae figurae simili. Bipes quidem statabat et incedebat, baculo tamen ita innitebat, ut hunc eundi modum arti statim quisque tribueret. Idem valebat de bibendi et edendi modis, in quibus cochleari et cyathovtebatur. sexui sequiori lasciue inhiabat.

Haesitat LINNAEVIS num forte sexu distinguantur animalia quae nos in duas species diuisimus, huic autem Summo Viro varietates faltem sunt. Verum quidem est Tulpii et Scotini icones femellas fuisse, reliquas mares; attamen nihilominus praeter sexus diuersitatem speciei etiam varietatem accessisse, autoptarum peregrinantium BONTII v. c. TH. BOWREY, aliorum, de eiusmodi sexus varia forma silentium, suadet.

Nequeo haec animalia dimittere quin prius duo adhuc momenta tangam quorum alterum characterem eorum singularem a plerisque neglectum, alterum patriam eorum respicit. Prioris notitiam debo amiciss. SVLZERO; qui ex CAMPERI, quem ipsum Satyros fecasse iam monuimus, ore mihi retulit: *deesse his animantibus vnguem pollicis manuum anteriorum.*

Sunt

Sunt quidem pollicis vngues iconibus T Y S O N I A N A E ,
E D W A R D S I A N A E , et L E C A T I A N A E ; facilime
autem eiusmodi singularis et paradoxos character ne-
gligi poterat; neque ipse in Satyro Ienensi ad pollices
attenti. An forte tertia haec species foret? decidere
non audeo.

Alterum quod adhuc monendum restat circa pa-
triam vtriusque speciei (Chimpansi et oran - vtan) ver-
fatur. ab omnibus fere zoologiae auctoribus Zona tor-
rida antiqui orbis pro natali eorum solo venditatur;
Cl. B A N C R O F F T m) autem in Guianae quoque den-
fis siluis Oran - vtan reperiri ex incolarum ore retulit.
Ulteriorem disquisitionem meretur Cl. viri relatio, quam
solam sequi vel id vetat quod ipse addat, nondum vi-
sum esse hoc animal ab Europaeis ibi loci degentibus.

Congener deum Troglodytae et Satyro est Si-
mia Longimana (Homo Lar L I N N . Gibbon B V F F .)
si faciem species homini simillimum animal; pedum
anteriorum longitudine autem ob omnibus fere aliis
animantibus abhorrens. Breuiores quidem pinguntur
in simia Bengalensi Transact . philos . n) inserta, et pro
S. longimana habita, quam tamen negligenter nec ab
artifice delineata vel vtriusque humeri inaequalis lon-
gitudo, aliaque demonstrant.

Ast haec sufficient super Simiis Troglodyte et
Satyro; iam ad ipsum dissertationis nostrae argumen-
tum transgredi opus est, quod circa quaestione ver-
fatur: Sintne fuerintue omnis auci omnisque gentis ho-
mines unius eiusdemque diuersae plane speciei. Quae-
stio

m) nat. hist. of Guiana p. 130 sq.

n) Vol. LIX. P. I. for 1769. p. 71. tab. III. vtriusque fe-
xus. Femella repet. in Gentlem. Magaz. 1770 Septembr.
p. 402. cfr. PENNANT Synop. of quadr. p. 100.

stio haec nostris temporibus saepe agitata, attamen quantum ego quidem noui parum adhuc ex professo pertractata est. Malitia, negligentia et nouitatis studium posteriori opinioni fauebant. Plures enim humani generis species iis egregie arridebant o) quorum sacri codicis fidem suspectam reddere intererat. Facilius porro erat aethiopes aut Americae imberbes incolas primo statim intuitu pro diuersis speciebus habere p), quam in corporis humani structuram inquirere, anatomicos et itinerum numerosos auctores consulere horumque fidem aut levitatem studiose perpendere, e naturalis historiae vniuerso ambitu parallela conferre exempla, tuinque deimum iudicium ferre varietatisque cauissas scrutari. Ea denique est humani ingenii curiositas et ad noua quaenam propensio, vt multi facile nouam et si non satis deliberatam opinionem recipere, quam vetustis et per annorum millia vulgo etiam receptis veritatibus denuo subscribere, malint. Ab his omnibus vitiis liber ut essem, studui, praeiudiciis expers libellum scripsi, nil que magis in votis habui quam ut lectoribus doctis et aequis argumenta mea pro vnica saltem humani generis specie, merisque eius varietatibus prolata, aequa valida et sufficientia videantur ac mihi ipsi.

Quanquam tanta inter remotiores gentes interesse videatur differentia ut facile capit is bona spei accolas,

Groen-

o) v. c. (SIMON TYSSOT DE PATOT) *voyages et aventures de Jaqu. Massé*. T. I. p. 36 sqq. *Bazin* (VOLTAIRE) *philosophie de l'histoire* p. 45. IDEM in *Quest. sur l'Encyclop.* T. IV. p. 112. T. VII. p. 98. 179. &c. uberrime refut. a Perill. HALLERO in *Brief über einige Eigmürze noch lebend. Freygeister wied. die Offenb.* I. Th. p. 102. 184. 196.

p) Habuerunt v. c. GRIFF. HUGHES nat. hist. of Barbadoes p. 14. (HENR HOME) *Sketches of the History of Man*, Vol. I. p. 12 sq.

Groenlandos et Circassios pro tot diuersae specie hominibus habere possis, re tamen rite penitata, ita omnes inter se confluere quasi et sensim vnam in alteram transire hominum varietatem videbis ut vix ac ne vix quidem limites inter eas constitutere poteris. Maxime arbitriae ideo et numero et definitione euaserunt quas Cl. Viri receperunt generis humani varietates. Perill. a LINNÉ^q) pro quatuor orbis nostri partibus totidem eius habitatorum Classes recepit. OLIV. GOLDSMITH^r) earum sex enarrat. Nos quidem numerum Equ. a LINNÉ sequuti sumus, aliis tamen limitibus varietates nostras circumscriptissimus. Prima et maxima (cum et primigenia sit) nobis est *Europacorum*, *Asiae cis Gangetanae* et quicquid *super Amur fl.* septentrione in versus situm est, cum maxime propinqua cum terrae situ^s) tum incolarum habitu, *America boreali*. Harum terrarum homines statura forma et colore quidem multum adhuc inter se differunt, in tetum spectat tamen in plurimis nobiscum conuenire videntur. Altera est *Asiae trans Gangetanae* et *infra Amur fl.* posita *Vulturnoque obuersae*, cum *Insulanis* et magna parte terrarum quae nuper melius innotuerunt, *australium*. coloris fuscii homines, naso sumo, oculorum palpebris connuentibus et in cantho externo sursum ductis, pilis parciорibus, rigidis. Tertiam *Africa* constituit. *Quartam*

^q) S. N. p. 29.

^r) Hist. of the Earth Vol. II. p. 211.

^s) cf. praeter globos terraqueos Anglicum divi ADAMS quem ex munificentia AVGVSTISS. REGINAE possidet bibl. acad. et Suec. cl. ÅKERMAN cuius copiam beniuole fecit praeceptor pientissimus ill. Io. ANDR. MVRRAY, et mappas DANILLII, STAHELINI et ENGELII, nuperrimos labores cl. de VAUGONDY *sur les pays de l'Asie et de l'Amérique situés au Nord de la mer du Sud*. Par. 1774. 4.

*tam demum Americae quicquid praeter Septemtrionalem
plagam quam priori varietati adiunximus, restat.*

Facile quidem ex progressu dissertationis apparet in quavis harum quatuor varietatum plurimas adhuc discrepantias inueniri, et e contrario plures in aliis quoque inter se conuenire, aut a reliquis conterraneis anomale abhorrire &c. memoriae tamen subsidium erit classes certas constituisse in quas orbis nostri homines dividii possunt; quod ea quam diximus ratione postquam alias atque alias tentauimus quidem, minus autem congruas reperimus, certe non adeo inepte fecisse speramus. Iam sigillatim ea pertractabimus momenta in quibus homo ab homine, naturali sua corporis conformatioe et figura, differre videtur, caussasque quantum in nobis est scrutabimus quae eam varietatem producere valent.

Primo generatim de totius corporis constitutione, statura et colore acturi sumus, ad partium singularium peculiarem structuram et proportionem dein descendimus; probe ab his ea separabimus quae soli arti debentur, demumque etiam, inuiti quamuis, nosologiam et practicam medicinam tangemus, cuius vnum alterumque caput historiae naturali obtrudi cepit nuperis temporibus, quae tamen pathologiae vindicare et restituere conabimur.

Tria illa quae primo absoluere animus est, totius corporis constitutio, natura et color in totum fere climati debentur.

Circa primum horum momentorum breuem esse oportet cum mihi ipsi quidquam super hoc argumento obseruare occasio defuerit, apud auctores autem tenuia saltem et parca vestigia legantur. In calidis regionibus exsiccari et solidiora reddi corpora; in frigidioribus
humidi.

humidisque eadem molliora, succi pleniora et spongiosa quasi fieri facile patet. Ossa equi barbari vix cau-
esse, Frisici multo magis tubulosa &c. iam dixit GVL.
CAVENDISH Marchio in NEWCASTLE t). Elegantissi-
mis experimentis vltro confirmauit Cl. KERSTING me-
dicus apud Cassellanos veterinarius Vir sollertissimus,
qui vt alia taceam, sub iisdem ignis gradibus equi ara-
bis sexennis ossa longe difficultius in machina Papini sol-
vi quam Frisici eiusdem aetatis, obseruauit u). In hu-
manis diuersi adeo soli ossibus generatim spectatis simi-
les intercedere differentias probabile est, et si obserua-
tiones desint et a paucis vix valeat consequentia. Crassa
quidem, compacta, dura &c. hinc inde visuntur aethio-
pum crania w), quae tamen attributa de omnibus cali-
darum regionum sceletis usurpare nolle, cum alia
quoque occurrant aethiopum capita de quibus nihil eius-
modi dictum sit x); et ipsis Europaeorum eiusdem
patriae aetatisque craniis magna saepe eatenus insit dif-
ferentia, quae praeter alia, maxime quoque vitae ge-
nere contrahitur y). Idem forte valet de futuris, qui-
bus carere z) aethiopum crania ARRIANVS, Persica in
Plataeensi strage HERODOTVS dixerunt a). Magis fir-
ma

t) Gen. syst. of Horsemansh.

u) ossa equina tamen facilius concoquuntur mulinis, et
his difficultius asinina.

w) B. S. ALBINI supellex Rav. n. XXIX. P. PAW. primit.
anat. p. 29.

x) in ipso leg. Rav. n. XIII. imo n. XXI. ossa capitis mu-
lieris Malabaricae admodum tenuia, tum ap. Io. BENI.
de FISCHER de modo quo ossa se vicin. accomm. part.
LB. 1743. tab. III.

y) I. B. Com. a COVOLO de metam. duor. oss. ped. in qua-
drup. aliquot. Bonon. 1765. p. 7.

z) αριδαφεες νεφαλαι ARATO.

a) v. COEL. RHODIGINI lect. ant. XIII. 28. p. 501 ed. FRO-
BEN.

ma est circa totum corporis habitum obseruatio, qua septentrionales populos *b*) torosos et quadratos, australes *c*) graciliores videimus.

Ad staturam humanam transgredior. Vetus est opinio, antiquissimis temporibus maiores multo et proceriores fuisse homines, imo indies degenerare eos, decrescere; minoresque parentibus infantes nasci et quae sunt huius generis alia veterum poetarum *d*) et philosophorum *e*) in sua aeva opprobria. Etsi haec omnino nimia sint, aliquid tamen climati eatenus tribuimus quatenus id ipsum temporis progressu mutatur, solum mitius redditur, quod et ipsos homines minus proceros ferosque deum producit. Exemplum eiusmodi mutationis ex ipsa nostra Germania iam diximus *f*). Enormes autem adeo fuisse has corporum differentias veterum et recentiorum temporum, mumiis Aegyptiacis, sceletis *humanis* fossilibus *g*), sarcophagis millenisque

alii

b) v. c. LAPPON. FINN. LEEM. LULENS. HÖGSTÖRM. CALMUCK.
PALLAS. GROENL. CRANZ. &c.

c) NOV. ZEEL. NOV. HOLL. &c. S. PARKINS. INSULAE MALICOLO
ACCOLAE NUPER A CL. FORSTERO VISITATAE, BRACHIIS PEDIBUSQUE GRACILIBUS CONSPICUAE SUNT, VT BENILOLE RETULIT
EXC. G. C. LICHTENBERG EX ANGLIA REDUX.

d) HOMERVS SAEPISS. TYDIDEM V. C. HECTOREM, AJACEM
TELAMONIUM (CUIUS GIGANTEAM PATELLAM DIU POSTEA OSTENSAM
PAVSANIAS DESCRIBIT) &c. MULTO ROBUSTIORES GRANDIORESQUE FUSSILE REFERAT QUAM QUI SUIS TEMPORIBUS NASCEBANTUR HOMINES οΙΟΥ ΥΥΥ ΒΡΟΤΟΙ ΕΙΣΙ. IMITATUS ET IN HOC
A VIRGILIO QUI TURNUM SIMILITER MAGNUM PINGIT, VIX
COMPARANDUM CUM IIS

QUALIA NUNC HOMINUM PRODUKT CORPORA TELLUS.

e) PLIN. VII. C. 16. SOLIN. V. CF. PLURIMIS SUPER HOC AR-
GUMENTO I. S. ELSHOLTII ARTHROPOD. P. 31 FQQ ED. 1663.

f) p. 8.

g) EIT V. C. IN MUSEO REGIO CRANIUM HUMANUM FOSSILE
COMPLECTUM SATIS, SUMMAE ANTIQUITATIS, OSSIBUS PARIETALI-
BUS

aliis refutatur documentis. neque sparsa hinc inde vetustissima et magnitudine b) sua conspicua crania magis quidquam probant, quam solida illa et futuris destituta de quibus modo verba fecimus. imo quaedam morbosfa i) fuisse, in aprico est. Quae autem credula antiquitas olim ostendit Gigantum ossa, diu iam Elephantis aut cetaceis restituta sunt k).

Elegantior est caussarum consideratio quae nostris temporibus vnius regionis homines proceros, alterius paruos producant? princeps ex his frigus calorue esse videtur. Illud euolutioni et incremento organicorum corporum obstat, hic vtrumque auget promouet. Nostissimam et in vitroque regno vndique confirmatam rem vel tangere modo, pigeret, nisi et nostris temporibus viri extitissent quibus summa fiducia aliter sentire l) libuisset. Experientia docet, et plantas et animalia in borealibus terris minore esse quam in australibus; quidni

bus crassis, ceterum nec magnitudine nec forma a vulnari capite recedens.

- b) FABRICIUS Hildan. *fürtreffl. nutz und nothw. d. anat.* Bern 1624. p. 209. Cranium March. Dietzmanni Lips. 1307 pereniti. GLAFEX Saechff. Kernbist. Caput Henrici austr. in celebri columbario Koenigsfeld. FAESI Erdb. der Eidgen. I.
- i) Caput fossile Remense. DARGENVILLE oryct. t. 17. f. 3. bina capita ossa Leg. Rav. ap. ALBIN. p. 4 sqq.
- k) I. WALLIS antiqu. of Northumberl. DOM. GAGLIARDI an. off. p. m. 103 sqq. Ipse totius Europae sui temporis praecceptor optimi. FEL. PLATER seduci se passus est ut ossa Lucernae 1577 effossa, studiose a se cum human. comparata pro giganteis haberet obs. med. L. III. WAGNER h. n. Helv. p. 149. quae nuper elephantis vindicata sunt. Erkl. der Gemäld. auf d. Kapellbr. zu Lucern. Huc pertinet die Hünenribbe in aede D. Albani Goettingae.
- l) v. c. HENR. HOME l. c. p. 12. *It is in vain to ascribe to the climate the low stature of the Esquimaux &c.*

ni in humano genere eadem lex locum haberet? plantas alpinas in duplo maiorem extra alpes communiter excrescente altitudinem LINNAEVS iam in Flora Lapponica *m*) monuit. Idemque saepissime in plantis obseruare licet, quarum alia exempla in tepidario seruantur, alia in horto prostant, quarum illae his longe proceriores maioresque euadunt. Luculentissima Specimina coram habeo in collectione plantarum Labradoricarum et Groenlandicarum, quas Cl. BRASEN *n*) legerat, quasque munificentiae amicissimi IO. SAM. LIEBERKÜHN debo, in quibus vulgatores, minores fere omnes sunt iis quae in Germania leguntur, imo in quibusdam, (*v. c.* Rhodiola rosea) quae utriusque illarum Americae regionum communes sunt, quainuis illis adeo vicina patria sit, eadem tamen diuersitas obseruatur, ut Labradorica exempla maiora adhuc extent Groenlandicis *o*). Animalium eadem est ratio. Vulpes Groenlandici minores illis quos zonae temperatae ferunt *p*). Equi Suecici, Scotici &c. humiles, parui, imo in frigidissima Northwales adeo pusilli ut vix canes magnitudine excedant *q*). At quid inuit euidentissimae rei exempla longa deducere virga cum fere cuiusvis terrae paucorum graduum tractus eandem luculenter exhibeat differentiam. Ita HENR. ELLIS *r*) ad fretum Hudsonis in australibus eius terrae oris arbores et homines instae statuarie, ad 61° arbusta tantum, hominesque sensim sensimque minores, horumque demum ad 67° ne vestigium

um

m) prolegom. 16. d. cf. ARWID EHRENMALM *Aseble* p. 386.

n) *v.* CRANZ *Forts. d. Hist. v. Groenl.* p. 243.

o) Idem obs. perill. von HALLER *hist. stirp. Helv. II.* p. 317 alibi hinc inde.

p) CRANZ *Hist. v. Gr.* p. 97.

q) TH. BIRCH *hist. of the royal Soc.* III. p. 171.

r) *Voy. to Hudson's-Bay* p. 256.

um quidem, vidit. Idemque Excell. MVRRAY intra paucorum graduum limites, et in sola Gothia adeo obseruari posse beniuole retulit, vt per eas terras iter faciens, etiam si lapides miliares negligenter tamen diuer-
sas prouincias ex incolarum animantiumque varietate facile dignoscerere possit. In Scania s) homines statu-
ra procera et lacertosa, equi et pecora magna &c. in Smalandia sensim minores fiunt, iumentis agilibus qui-
dem aet partuis, quod demum in Ostro-Gothia magis magisque in oculos incurrit.

Idem certe et in auerfa orbis facie sub iisdem fe-
re versus circulum antarcticum gradibus obseruare li-
cet. Vnicum exemplum ex America maxime australi
desumitum et cum iis quae modo ex Europae gentibus
diximus, comparatum, sufficiat. Scanorum procerae
stature respondent Patagonum famosorum corpora,
quae credula antiquitas et nuperorum quorundam fabulo-
sae relationes enormis figurae fecerunt t), quae autem
temporis progressu, saepius a nauigantibus visitata Pa-
tagonia, fere vt canis ille Gellertianus, minora sensim
facta, nostris deinceps temporibus, satis quidem ma-
gnam iustumque structuram retinuerunt, gigautea au-
tem forma feliciter destituta sunt. Si ab his austrum
versus descendas, in gelida Terra del Fuego u) mino-
res

s) cf. LINN. *Faun. Suec.* p. I.

t) cfr. DE BROSSES I. p. 193. II. ab init. &c. DE PAVV I. c. I.
p. 281 sqq. *Hist. gen. de l'Af. Afr. et Amer.* par M. L.
A. R. Vol. XIII. Par. 1775. p. 50 sqq. TH. FALKNER De-
scr. of Patag. Hereford 1774. gr. 4. p. 26. The Pata-
gonians or Puelches, are a large bodied people; but I
never heard of that Gigantic Race, which others have
mentioned, though I have seen persons of all the dif-
ferent tribes of Southern Indians.

u) SYDNEY PARKINSON p. 7. tab. I. II. None of them seem-
ed above five feet ten inches high &c.

res longe reperies homines Smalandis OstroGothisque
aequiparandos, et vel in eo exemplo iterum naturam
in dissitis maxiime regionibus sibi ipsi tamen vbiuis simi-
lem deprehendes. Sed sunt praeter aëra aliae adhuc
causiae quae in staturam potentias suas exercent. Iam
ab initio ^w) vitae genus huc retulimus, et facile esset
in praesenti quoque copiosa ex plantarum animalium-
que regno proferre exempla, vbi nutrimenti varietatem
in procera humilioriue statura agnoscere possis. Ast
nimis vel vulgo nota sunt haec, totiesque in vaccis
Helueticis, equis Frisicis &c. experta, vt tota hac de-
monstratione facile supersedere liceat. Mitto quoque
minoris momenti causas quae staturam corporum or-
ganicorum mutant, a Perill. HALLERO ^x) iam studio-
fissime pertractatas, et ad ultimam ex tribus illis quae
in genere circa hominum varietatem consideranda ve-
niunt colorem puta proprio.

Tanta videtur aethiopem, album, rubrumque
Americanum intercedere diuersitas, vt mirandum fere
non sit, si et magni nominis viri eos pro diuersis hu-
mani generis speciebus habuerint. Quanquam autem
argumentum hoc proxime ad tractationem nostram per-
tinere videatur, tot tamen tantaque circa sedem et caus-
as huius diuersi coloris iam dicta sunt a V. Cl. vt vel
compilationi eorum vix iustum volumen sufficeret, ita
vt breues nos in ea re esse et ea saltēm quae summorum
virorum industria, plane indubitate reddidit, repetere
oporteat. Cutis hominum plerorumque animalium tri-
bus complectitur partibus: extina epidermide s. cuti-
cula; media reticulo mucoso, ab inuentore Malpighia-
num dicto: et interiore demum, quam corium vocant.

Media

^w) p. 8.

^x) physiol. L. XXX. S. I. §. 15 fqq.

Media ex his, quae extimae affinis satis est, adeo ut & pro altera saltem eius lamella habeatur, in aethiopibus spongiosa magis, crassior nigraque plane existit, et cum in his tum in reliquis hominibus diuersi coloris primariam sedem constituit. Corium enim omnibus pariter candidum est, nisi quod hinc inde ab adhaerente reticulo leniter tingatur; epidermis autem in eundem qui reticulo est colore in vergere videtur, ita tamen, ut cum corneae laminae instar pellucida sit *y*), ea et in nigris hominibus, si probe separata fuerit, vix grisea apparet; ideoque parum imo vix quidquam ad coloris hominum diuersitatem conferre possit. Sedes coloris satis certa est, de causis autem eiusdem, in aethiopibus praesertim, a longo retro tempore plurimum et diuersimode disputatum est. Quidam Caini *z*) alii Chami *a*) maledicti eorumque posteriorum signum esse nigredinem putarunt, alii alias *b*) protulerunt non maioris plerumque ponderis caussas, inter quas tamen bilis prae ceteris eminuit quam post Io. DOMIN. SANTORINIVM *c*) praesertim ornare studuit PETR. BARRERE *d*). Quanquam ea plures nacta sit aduersarios *e*), non omnis tam
men

y) si minus tenuis et pellucida esset epidermis, atram similiiter ac reticulum fortasse videri, IO. FANTONI *diff. VII.* anat. pr. renov. Taurini 1741. 8. p. 27.

z) nuperus huius opinionis defensor est E. B. d'E. *Eff. sur cette Qu. quand et comm. l'Amer. a-t-elle été peu- pleé* T. IV. p. 96 fqq.

a) *v. Mem. de Trevoux* T. LXXIV. p. 1155 fqq.

b) plures collegit B. S. ALBINVS *de sede et caussa color. aerh. et cet. hom.* LB. 1737. cum elegantiss. icon. colo- rat. egregii artificis I. ADMIRAL.

c) *obs. anat.* p. 1 iqq.

d) *Diff. sur la cause phys. de la couleur des negres* Par. 1741. 12. cf. *Dict. encycl.* par FELICE T. XXX. p. 199 fqq.

e) *Le CAT. de la coul. de la peau hum.* p. 72. fqq.

men negligenda videtur. Ictericorum, chloroticorum, nulli pisces *f)* exempla, nigra porro aethiopum bilis *g)* eo minus in dubium vocanda, cum sanguinem nigrercentem, cerebrum, medullam spinalem etc. cinerea viderint nuperi *h)*, phlegma gentium septentrionalium, aliaque huius generis, pondus huic opinioni addere videntur. Principem tamen inter omnes nigredinis caussas locum tenebit clima, solis aerisque potentia cum vitae genere. Vetus est ARISTOTELIS, ALEXANDRI, STRABONIS aliorumque *i)* sententia, quam exemplis argumentisque seorsim protatis firmare conabimur.

Primo ergo a candidissima Germanicae virginis cute per flauas, rubras, et fuscas gentes ad intensissimae nigredinis Aethiopem insensibilis fere et nullo modo definiendus transitus *k)* est, quem eodem, ut de statura diximus, modo, in paucorum latitudinis graduum tractu obseruare licet. Hispania trita exempla praebet: notum est Biscayas feminas nitide candidas, Granadenses e contrario fuscas esse, adeo ut et in hac regione B. Virginis aliarumque Sanctarum pictae imagines, eiusmodi coloris facies exhibeant. Qui ad Senegam citra flumen ad Boream habitant, cinerei coloris sunt, et parvi corporis: qui vero ultra, nigri, procula statura ac robusta sunt, siquidem ea parte regio tota viret, altera squaler *l)*. Ideinque a doctissimis Gallis ad Cordilleras montes obseruatum est. eos enim qui immediate sub

f) SANTORINI l. c.

g) BARRERE l. c.

h) MECKEL *mem. de Berl.* 1753. 1757. Pediculi aethiopibus nigri *HIST. OF JAMAICA* Vol. II. p. 352.

i) COEL. RHODIGINVS *lett. ant.* IX. 15. p. 439. ed. Aldi. cf. MACROBIVM *in somn. Scip.* p. 128. ed. H. Steph. *αὐτοψὲ εἰς αὐθῷ εἰς ωὐλῇ*.

k) v. eiusm. scalam in *mem. de Trev.* l. c. p. 1190 sq.

l) HIER. CARDANVS *de subtilit.* L. XI. T. III oper. p. 555.

sub monte versus occidentem, marique pacifico obuersi
viuunt, candidos fere Europaeorum more viderunt;
cum e contrario alterius lateris accolae continuis et
flagrantibus ventis exposti ut reliqui Americani cu-
prei coloris sint etc. *m)* Vetus iam est *VITRUVIUS*
n), *PLINIIQVE o)* obseruatio boreales gentes candi-
das esse, quam et reliquorum animantium luculenta
exempla egregie probant. partem enim cum plantarum
flores *) tum animalia regionum borealium albida sunt,
quaes in australibus alias colores ferunt; partem autem
mitiorum quoque Zonarum animantia hyeme tantum
candida sunt, vereque iterum nativo suo colore induun-
tur. Illorum exempla praebent *vulpes p)*, *canes q)*,
lepores r), *iumenta s)*, *corui t)*, *fringilla coelebs u)*
etc. Ex his nota sunt *herminei w)*, *sciuri x)*, *lepores y)*
tetrao lagopus z) canis corsac **) rel. Omnes perinde
rubri

m) BOVGVER *voyage à Perou. Mem. de l'ac. des Sc. de Par.*

1744. p. 274.

n) Sub Septentrionibus nutritur gentes candidis colori-
bus &c. p. 104. ed. DE LAET.

o) aduersa plaga mundi et glaciali candida cute esse gentes
&c. T. I. p. III. ed. HARD.

**)* cf. EXC. MURRAY *prodr. stirp. Goett.* p. 18 sq. Campan.

p) CRANZ *Groenl.* p. 97. (decurr. *Prunella vulg.* etc.)

q) ib. p. 100.

r) ib. p. 95.

s) EHRENMALM I. c. p. 342. alba id generis animalia quo
magis versus boream progrediatur, eo copiosiora occur-
rere.

t) IO. NIC. PECHLIN *de habitu et colore aethiopum.* Kilon.
1677. 8. p. 141 sqq.

u) FRISCH *Gesch. der Vög.* Fasc. I.

w) LINN. *Faun. Suec.* p. 7. WAGNER h. n. Helv. p. 180.
ipse ex nostris viciniis specimina vidi.

x) LINN. I. c. p. 13. prope Lenam quoque captos noui.

y) ib. p. 10. IETZE monogr. Lüb. 1749. 8.

z) CRANZ I. c. p. 101.

**) LINN. S. N. append.

rubri nascimur a) et temporis demum progressu tenellorum aethiopum cutis in nigrum, nostra in album colorem vergit, Americano autem natiuus ille manet rubor nisi coeli mutatione et vitae generis accessu sensu illi colores mutantur et quasi degenerant.

Vix obseruari meretur notissima differentia quae vnius eiusdemque regionis incolas intercedit, quorum cutis respectu varii vitae generis maxime quoque colore variat. Operarii aut bajuli solis tempestatisque iniurii exposta facies, tantum a delicatulae feminae genis abhorret, quantum ipse a fusco americano, hicque abaethiope differt. Non rara adeo occurruunt anatomicis Cadauera infunae sortis hominum, quorum reticulum proprius fere ad aethiopum nigredinem quam ad elegantis Europaei candorem accedit. Talem Europaeum aethiope nigriorem secavit diuus CHR. GOTTL. LUDWIG b); subfuscum autem reticulum a GÜNZIO c) plurimisque aliis d) saepissime obseruatum est; et lenae me ipsum tale virile cadauer secasse memini cuius tota cutis fusca, in quibusdam partibus, scroto v. c. nigra pene erat: notum enim est alias atque alias c. h. partes praे reliquis nigiores reddi quo v. c. genitalia vtriusque sexus, mammillae areola, similesque partes pertinent, facile in fuscum colorem vergentes. In feminae pube HALLERVS reticulum adeo nigrum vidit e) vt ab aethiope non plurimum videretur differre; admodum fuscum de pube viri seruabat B. S. ALBINVS; et in muliebri inamina adeo vul-

a) Albinus I. c. p. 12. cf. CAMPER dem. anat. path. I. p. 1.

b) ep. ad HALLER. scriptar. Vol. I. p. 393.

c) ad HIPPOCR. de humor. p. 140.

d) FRANC. de RIET de tact. org. in coll. HALLER. T. IV. p. 10. v. HALL. physiol. T. V. p. 18.

e) I. c. ABR. KAAV BOERH. perspir. Hipp. p. 21. in pudendis fuscum ita, vt negares de Europaei eute detractum esse.

vulgata res est, vt mirari satis nequeat, quomodo fuscas Samojedarum papillas inter prodigia referre *f*), imo hanc gentem ideo pro peculiari hominum specie *g*) habere potuerint V. Cl. In aliis quoque animalibus talis reticuli diuersitas conspicitur, luculentissime in papionis mandrill facie cuius ideo partem aeri incidi curauimus (TAB. II. Fig. 3). Palpebrarum superiorum, nasi radicis et superciliorum regio est, in qua fere omnes reticuli varietates conspicere licet. niger plane nafus est, et qua supercilia sedent, pars; quae autem versus inferiora et exteriora sensim fusca et ad oculorum externum canthum pallida demum fit. Neque tamen nasi nigredinem in omnibus huius simiae quae vidi speciminibus aequi intensam reperi, cum in simiis ut in homine aliquique animalibus maxima quoque reticuli coloris varietas intercedat. In binis Simiae cynomolgi speciminibus faciei tintura non multo minus quam in aethiope et fuscō Europaeo diuersa erat: quae tamen differentia in toto regno animali, domesticis praesertim quadrupedibus, maxime autem in vegetabili *b*) adeo vulgaris et notissima est ut eam vix in medium proferre liceat, sed ad hominem potius reuerti praeferet. Albos inferioris ordinis homines vitae duriore fuscos reddi vidi-
mus: aequi autem certum est australium regionum homines si tempestatis solisque injuriis minus exponantur albidiiores fieri. De Gusurattensis *i*) Malabarik *k*),
Cafris

f) Mem. sur les Samojedes et les Lappons. 1762. 8. p. 44.

g) Lord KAIME'S I. c.

b) ante ducentos annos flava Tulipa vnicē in Europa innotuerat: quantam autem coloris varietatem ab eo tempore hortorum cultores viderunt! v. HALLER occasio-
ne variet. hum. gen. Bibl. raisonnée 1744.

i) IOH. SCHREYER Ostind. Reis. p. 121.

k) Tranquebar. Miss. Ber. 22 Contin. p. 896 sq. Je weiter
D 3 sie

Cafris *l*), Canadensibus *m*), Utahittis *n*) rel. copiose retulerunt itinerum auctores. Sed praeter vitae genus senium quoque et coeli mutatio in aethiopibus colorem dealbare valet. Quodsi enim versus septuagesimum aetatis annum vergunt aethiopes, reticulum sensim nigredinem suam amittit ita ut filicernia demum fulua euadant *o*) crinesque barbaque canitie solita induantur: et si aethiopum tenelli infantes frigidioribus inferuntur climatibus multum certe de nativa eorum nigredine sensim abit *p*), colorque eorum magis magisque in fuscum vergere incipit. Viceversa autem imo longe facilius ut per

sie nach Norden hinauf wohnen, und je vornehmer Geschlechts sie sind, je mehr fällt auch ihre schwarze Farbe ins braunrothe und ins gelbe, — die vom Bareier Geschlecht sind insgemein sehr schwarz, denn sie lassen sich den ganzen Tag über unter der Arbeit im Schweiß und Staub von der Sonnenbitze braten. Vornehmere Leute gehn nicht so viel in die Sonne, sind also auch nicht so schwarz &c. cf. 30. Contin. p. 660.

- l)* MULLER Linn. N. S. I. p. 95.
- m)* moratos et qui vestimentis vtantur, tam eleganter coloratos reddi, ut facilius pro Hispanis quam pro Indis agnoscantur. LA HONTAN I. ep. 16.
- n)* HAWKESWORTH II. p. 187.
- o)* WILH. IO. MÜLLER Fetu p. 279. MICH. HEMMERSAM Westind. Reis. p. 38.
- p)* Colchi HERODOTI tempore adhuc nigri crispoque capillo p. 125. ed. GRONOV. LEO AFRICANVS P. I. S. 3. L. M. A. CALDANII iudicis maxime competentis instit. physiolog. Patav. 1773. 8. p. 194. — Tutor de hac gente adhuc Venetiis vivit, cuius nigredo, longo annorum intervallo (puer enim ad has oras appulit) ita sensim immunita est, ut leni iētero laborare videatur &c. Idemque ipse in Mulatta a patre aethiope matre autem candida prope Gotham nata obseruauit, quae primis quidem infantiae temporibus fusca satis erat; temporis autem progressu adeo a nativo colore degenerauit ut iam ceraceam saltem et flauescerentem cutis retinuerit tinturam.

per se patet albi si diu torridis Zonis iminorati fuerunt
fusci redduntur sensimque nigredine obducuntur. His-
pani sub aequatore in nouo orbe degentes, adeo in
natiuum huius terrae colorem degenerarunt, vt maxi-
me probabile visum fuerit Viris Cl. q) eos, nisi nuptiis
cum Europaeis institutis patrium seruare habitum stude-
rent, sed potius illarum Americae gentium vitae genus
sequerentur, breui tempore in eundem plane colorem
incidere quem in Americae australis natiuis miramur.
Anglus per triennium saltem cum Virginis versatus, his
colore adeo similis reddebatur; ut SMITHIVS r)
popu-
laris eius, lingua solum eum agnoscere poterat. Lu-
sitanorum colonia Sec. XV. in Africam delata s)
vix adhuc ab indigenis dignoscitur. Galli siue Africam
siue Americam deueniant, constanter fusco illarum ter-
rarum colore tinguntur t). Plurima huc non refero
exempla Europaeorum qui in ipsa sua patria p. n. nigri
facti sunt u), aut nigros peperunt infantes v), nec
aethiopq; repente aut in quibusdam saltem corporis
partibus candidi redditiofunt x) etc. cum in his omni-
bus vitiosi quid et morbi subesse videatur.

Cum climate tum vitae genere mutari corporis co-
lores vidimus. Luculentissime tamen illud in connu-
biis diuersae tinctoriae hominum accidit, vbi et remo-
tissimi

q) MITCHEL *philos. Transact.* n. 474.

r) *hist. Virgin.* p. 116.

s) *Rech. sur les Amer.* I. p. 186.

t) *Memoir. de Trevoux* l. c. p. 1169.

u) plura exempla collegit LE CAT *coul. de la peau* p. 130 sqq.

w) COEL, RHODIG. l. c. p. 776. FROBEN. LE CAT p. 109.

e regina Lud. XIV. coniuge nata nigra principissa. *Mem.*

de Trevoux l. c. p. 1168. ABR. KAAV BOERH. *impet.*

fac. p. 354.

x) LE CAT p. 100. celebrata FRANK Londini. *philos. Tr.*
Vol. LI. P. I. p. 176 sq.

tissimi et plane contrarii colores adeo degenerant ut albi sensim in aethiopes et v. v. transfire et mutari quasi possint. Peculiaribus nominibus distincti sunt eiusmodi hybridii (si hac voce vti fas est) partus; in quibus autem adeo variant itinerum auctores; et operaे pretium esse duxi, quotquot horum synonymorum colligere potui, ea in descendantis affinitatis gradus redigere et synoptice quasi exhibere.

1) qui ex albo et nigra aut v. v. nascitur, dicitur *Mulatta* y), *Mollaka* z) *Melatta*, Italis *Bertinus*, *creolius* et *crioianus* *) apud Malabaros *Metisco* a). Ex Americano autem et Europaea natus *Mamelucka* b) et *Metif* c).

2) Quem Europaeus cum *Mulatta* generat, vocatur *Terceron* d), *Castigo* e). Europaeae autem ex *Metif* filius *Quarteron* f). *Mulattae* inter se coeuntes *Casquos* g); cum nigris autem *Griffos* h) generant.

3) Ter-

y) *Hist. of Jamaica* II. p. 260.

z) HEMMERSAM I. c. p. 36.

*) THOMAS HYDE ad ABR. *PERIZOL cosmograph.* p. 99. ed. OXON. 1691. 4.

a) CHRIST. LANGHANS *Ostind. Reise* p. 216. *Tranquebar. miss. Ber. Cont.* 33. p. 919. *Metisco Lusitan.* ie, mixti generis.

b) *Hist. de l'ac. des Sc. de Par.* 1724. p. 18.

c) LABAT *Voy. aux Isles de l'Amer.* II. p. 132. *Recherch. sur les Amer.* I. p. 199. Metifi neogeniti a vere nigris genitalium colore distinguuntur, quae in aethiopum foetibus nigrescere iam, vulgata res est. PHIL. FERMIN *sur l'oeconomie animale* P. I. p. 180. IDEM ex nigro et India- ca natos *Kabongle*, horumque denum cum albis genitos *Mulattas* vocat p. 179.

d) *Hist. of Jam.* I. c.

e) LANGHANS. *Tranqu. Ber.* I. c. *Castigo*, de *boa casta*, *bonae stirpis*.

f) DE PAVW I. c.

g) *Comment. Paris.* I. c.

3) Terceron cum Europaeo mixta *Quaterones i), Postigos k)* producit. Quarteron americanus autem (qui cum Tercerone nigro eiusdem gradus est) cum Europea *Octavones l).*

4) Quateronis ex alba natus *Quinteron m);* Europaeae autem ex Octauone Americano filius, Hispanis *Puebla n)* dicitur.

In adnepotes ergo nigredinis *vestigia* propagantur, ita tamen, ut et in nonnullis foetuuum germina praeter regulam aliquando plus materni coloris retineant; quale ap. Cl. FERMIN o) exemplum extat, ubi aethiopissa gemellos peperit, ex quibus masculus mulatta, femella autem ut ipsa mater, intense nigra erat. Certe et ex hujusmodi casibus illud euidenter probatur, quod hoc usque dictis demonstrare conati sumus; colorem, quancumque etiam causam habeat, situe bilis, situe solis aerisque et climatis potentia, aduentitium saltem et facile mutabilem esse, neque unquam eum speciei diuersitatem constituere posse. Pluriimum huic opinioni accedit ponderis notissimis illorum hominum exemplis, quorum reticulum ex diuersis coloribus variegatum et maculosum conspicitur. Antillicum huiusmodi puerum

cura-

b) ib. p. 17. Nigros plane esse qui ex Mestiço et malabaria femina nascuntur Relat. Tranqueb. l. c. *Sambo de Mulatta* dicitur in Hist. of Jam. l. c. p. 261. horumque cum nigris genitos, nigros denum esse afferitur.

i) Hist. of Jam. l. c. p. 260.

k) LANGH. et rel. Tranqu. l. c. Postico idem est ac asciti. tius v. c. Cabello postico, coma ascititia, falsa.

l) DE PAVW l. c. p. 200.

m) Hist. of Jam. l. c. Plane albos esse Posticorum ex albis natos Tranqu. Ber. l. c. Quinteronae ex albo genitum denum album facit auct. Hist. Jamaicæ.

n) DE PAVW l. c.

o) l. c. p. 178.

curatius descripsit Cl. LA MOTHE *p*); Grifoleti similem vxorem, elegantem ceteroquin, Cayennae natam, vidit LABAT *q*): plura exempla collegit Cl. I. CHR. D. SCHREBER *r*): ino mihi ipsi simile cutis variegatae exemplum obseruare nuper accidit occasio. Doctus est amicus Medicus cuius reticulum in puniceum vergens colorem hinc inde maculis candidissimis diuersaeque magnitudinis, aequalibus cetera et nitidissimae cuti similis, insigniter distinctum est. Ita in manus dextrae tergo quinque extabant eiusmodi albae maculae quarum queuis pollicem facile diametro aequabat, numerosis minoribus interspersis. Rarius quideam hoc phaenomenon in hominibus accidit, vulgatissimum autem est in animalium, quadrupedum praeferunt reticulo. Arietum v. c. fauces plerumque adeo variegatae sunt, vt nigrae aethiopis candidaeque Europaei cutis maximam similitudinem in illis vide se possit. Plures hoc fine ouium greges in pastionibus suis inspexi, simulque mihi obseruasse videor, faucium plures paucioresue nigras maculas, maiori minoriue lanae ipsorum animalium nigredini, respondere.

Sed mitto colorem, et absolutis jam generalibus totius humani corporis varietatibus ad partium singulairum membrorumque diuersitatem progredior; initium facturus a capite eiusque conformatione.

Quemadmodum in vniuersum maxima embryonis et adulti sceleta intercedit differentia, ita praeferunt crani ossa in vtrisque adeo differunt, vt vix pro iisdem corporis partibus agnoscere possit. Quae enim in adul-

to

p) Hamb. Mag. XIX. p. 400 sqq.

q) Voy. en Esp. et en Ital. I. p. 176 sq.

r) Sæugthiere p. 15. de cute morbosaa variegata ab his quae diximus exemplis probe separanda, infra dicendi locus erit.

to solidissimam thecam, et durissimum mollieris aequae ac nobilissimi visceris receptaculum constituant, ossa; ea in embryone tenues saltem, ast latas squamas referrunt, quae, vt COITERI ^{s)} verbis utar, mollibus tantum, latis, laxis, flaccidisque vinculis, futuris atque commissuris colligantur. Infantile ergo cranium venum et molle lutum est, in tam varias antequam perfecte solidescat, formas fangi aptum, vt, si innuineras simul externas et aduentitias causas fictrices species, diuersas quoque in adultis craniorum formas mirari plane nequeas. Cum autem a longo inde tempore nonnullis gentibus singulares capitum figurae tributae sint, et in quibusdam eorum, certe artis ope peculiaria fingantur crania, e re nostra erit, ea curatius paulo contemplari et quatenus ea humani generis varietates constituere possint proprius videre. Quanquam enim eas humani corporis differentias, quae soli arti debentur, infra per transennam tantum recensere animus sit, eam tamen illius argumenti particulam quae crania attinet in praesenti absoluere satius esse duximus, cum affines nimis res commode complecti et simul pertractari possint. CLAVDIVS iam GALENV ^{t)} praeter maxime naturalem et symmetricam ^{u)}, alias quoque descripsit caluarias, in quibusdam suis partibus luculenter a vulgari structura recedentes, quas ANDR. VESALIVS ^{w)} et BARTH. ^{E-}

STA-

^{s)} de foet. hum. et inf. off. p. 59.

^{t)} de usu part. L. IX. p. m. 544. et de off. v. I. PH. IN-
GRASSIAE in h. l. Comm. Panormi. 1603. fol. p. 68. fig.
1 - 4.

^{u)} huius dimensiones et definitiones v. ap. ALBR. DÜRER
v. menschl. proport. Fol. P et Q ed. 1528. ELSHOLZ l. c.
p. 55. sq. PETR. LAVREMBERG pacifcompte p. 62 sq. ed. 1634.

^{w)} de c. b. fabr. p. 21. ed. 1555.

STACHIVS x) iconibus exhibere conati sunt. Adeo autem arbitriae imo monstrosae apparent hae craniorum formae, ut parum aut omnino nihil nobis in praesenti prodesse possint, et ad morbias potius ossium constitutiones quam ad naturales capitum varietates pertinere videantur. Nos ipsam naturam sequamur capitatisque in variis gentibus varias figuras secundum quatuor, quas constituimus generis humani varietates, recensebimus. Ut ab ipsa Germania ordiamur, VESALIVS y) huius incolas compresso plerumque occipitio et lato capite spectari, dixit; caussamque addidit, quod pueri in cunis dorso semper incubant, ac manibus fere, citra fasciarum vslum cunarum lateribus vtrinque alligentur. Idem in Styriae ac Carinthiae coemiteriis mire differentes vidit caluarias, quae multiplices in figura, naturae lulus proponebant *). Hamburgenses, cui temporis, feminas, macrocephalas LAVREMBERGIVS z) facit, quae ipsae, ligationibus et superstitionis cura, a teneris, capita in longum assuefiant. Belgis oblongiora a) caeteris propemodum tribuuntur crania, quod matres suos puerulos fasciis inuolutos, in latere et temporibus potissimum dormire finant b); quibus tamen Cl. de FISCHER c) Bataui capitidis descriptio

parum

x) tab. XLVI f. 10. 15. 17. minus monstrosae Vesalianis et Ingrassiae iconibus, pessimae omnium in MATTH. MERIANI viv. ic. part. c. b. ad C. BAVHINI tb. anat. L. III. t. I.

y) l. c. p. 23. et in PvT. apol. exam. (GABR. CVNEVS) p. 838. operum. Mediam Germanorum caluariae figuram facit inter oblongam Belgarum et rotundam Turcarum Cl. INSFELDT de huf. nat. LB. 1772. p. 20.

*) observ. Fallop. exam. p. 768 ed. B. S. ALBINI.

z) l. c. p. 63.

a) INSFELDT l. c.

b) VESALIVS l. c.

c) l. c. p. 24 iq. tab. II.

parum respondet, qui in eo ossa caluariae a lateribus circum circa minus depressa, et in latera aequabili fere facto arcu tendentia, laudat. Anglorum, Hispanorum et Gallorum capita absque vlla peculiaris structurae nota recenset B. S. ALBINVS *d*), eiusmodi varietatum ceteroquin acutus obseruator. Alpium quae Stiriam spectant, accolaru[m] caluarias singularis figurae esse VESALIO retulerat CHRISTOPH. PFLVG. Genuensium et magis adhuc Graecorum et Turcarum capita, globi fere imaginem exprimere, idque obstetricum, nonnunquam magna matrum sollicitudine, opem ferentium cura, idem VESALIVS auctor est *e*).

De Scytharum craniis memoratu dignissimus apud HIPPOCRATEM *f*) extat locus, quo artem vetustissimis temporibus in fingendis eorum capitibus adhibitam, deum in ipsam naturam adeo quasi degenerasse, docet, ut suo aeuo vinculis et manu pressionibus in hunc finem non amplius opus fuerit, cum sponte sua in longitudinem adoleuerint caluariae. Quae certe res et in aliis humani generis varietatibus, forma praesertim et colore, eoru[m]que variis causis, climate &c. respici debet, quae temporis successu hereditariae et firniiores fieri potuerunt etiam si aduentitis causis primam originem debuerunt. Borealis terrae nostrae gentibus planiores plerum-

d) *ind. leg. Rav.* p. 2 sq.

e) l. c. Ego vero non video quomodo Cl. WINKELMANN *Gesch. der Kunst des Alterth.* T. I. p. 24. hoc VESALII loco ad climatis et coeli felicioris potentiam demonstrandam vti potuerit, cum Bruxellensis anatomicus id arti vnicē tribuat. Praeterea autem illa Turcarum crania quae in Museo Regio seruantur multo iniquius ovata et minus elegantis formae sunt, quam vulgaria popularium nostrorum capita; eoque minus illarum speciem ornare debuisset Vir suae artis peritissimus.

f) *de aer. aqu. et loc.* 35.

plerumque tribuuntur facies g). Plerosque Lappones Lulenses facie superne lata, infra continuo attenuata, malis collapsis, desinente in mentum longum acuminato h) obtusum a plerisque Suecorum distingui, solus, quod noui, EBERH. ROSEN i) scripsit; qui et omnes fere mulieres magis attenuatam faciem habere, addit. Ut et ex Asia quoque primae nostrae varietatis Specimen deimus, Calmucci exemplo sint. Horum unus caluariam curatissime delineatam exhibuit, eamque horridam et ad quadratam prope speciem accedentem, imo multis modis barbariam ipsam testantem, dixit I. B. DE FISCHER k). At enim vero vel unico hocce exemplo euincitur quam iniuste ab uno alteroue vnius gentis crano ad totius populi conformatiōnem concludatur. Eosdem enim Calmuckos Cl. PALLAS l) ut symmetrica et elegantis imo rotundae faciei homines describit, adeo ut et eorum puellis in cultiore Europa amatores promittat. Neque dictae caluariae respondent binae curatissime depictae illius Calmucki, pueri undecim annorum, qui cum Darmstadiensi comitatū nuper ex Russia venerat, imagines, quas Carolruha missas accepi, ~~hac~~ bonaē formae, frontis et superciliorum altorum adolescentem referunt, cuius facies vel in eo cum PALLASII descriptione conuenit et a dicto crano abhorret, quod os cum oculis ab inuicem remotioribus triangulum fere aequilaterum constituat, quod et ipsum rotundius caput, non quadratum, reddit. Ex Asia

g) GOLDSMITH l. c. p. 214.

h) maxillae angustae quoque capiti osse feminae Malabaricae. Leg. Rav. p. 3.

i) de medic. Lappon. Lulens. Lond. Gothor. 1751. recus. in HALL. coll. disp. præf. IV.

k) l. c. p. 24 sq. tab. I. quadratum Calm. caput quoque dicitur INSFELDT l. c.

l) Reis. I. p. 307. 311.

Asia orientali simulque maxime boreali per archipelagum Anadirsium in Americam septentrionalem transgredimur e cuius gentibus vna ipsum nomen a capitibus singulari forma retulit *m*). Aut grauiter fallor aut est huiusmodi cranium quod Cl. WINSLOW *n*) descripsit, aerique insculptum exhibit, quodque protracto nimis occipitio, fronte planiuscula, orbitalum figura aliisque id genus a vulgari structura aberrationibus caninae calvariae aliqualem similitudinem p[re]se ferre videtur. Nimis incognita adhuc est illarum terrarum populorumque historia, quam vt causa eius singularis conformatio[n]is addi potuisset: quaecunque autem fuerit, arti ea aut vitae generi eo magis tribuenda esse videtur cum et in Europaeorum capitibus similis structura hinc inde obseruetur. Ipse cranium, vetustum satis, praeterita aestate e sepulcreto urbis erutum, coram habeo, quod in his quea dixi *o*), plurimisque reliquis sui partibus Americano illi ut ouium ouo simile est.

Groenlandos demum et terrae Labrador incolas quo attinet, illi a Cl. CRANZIO *p*) hi ab HENR. ELLIS *q*) macrocephali

m) *Têtes-plates s. plats côtes de chiens.* DE VAUGONDY l. c.
p. 27. lat. 65° . long. 275° . ENGEL tab. *Am. boreal.*

n) *mem. de l'ac. des Sc. de Par.* 1722. p. 323 sq. tab. 16.
repertum dicitur in Ins. Hond.-Eyland lat. 78° . long.
 310° . et quod excurr.

o) a nasi ossium apice ad extremam ossitis occipitis gibbam partem sex poll. Par. decimal. et quod excurrit, ab apophysibus autem condyloideis foraminis magni ad summum verticem quatuor tantum diametro explet, imo foramen magnum magis adhuc versus anteriora locatum, occiputque adeo longius est et verticis osa acutiore angulo versus cranii batim retrorsum descendunt quam in WINSLOWII exemplo; ideoque in eo simile satis est cranius sceleti COWPERIANI ad calc. myot. reform. fig. XVIII.

p) *Hist. v. Groenl.* p. 179.

q) *Voy. to Hudsons-Bay* p. 132.

cephali et planae faciei dicti sunt. Vereor autem ne haec veracissimorum Virorum relationes a multis male intelligantur qui has gentes male exinde formatas monstrosaeque quasi figurae putare *r*) videntur. At enim vero de Groenlandis ipse CRANZIVS addit plures inter eos reperiri oblongae faciei qui difficilius ab Europaeis dignoscerentur *); circa Esquimaux autem aliter sentire iubent accuratissimae trium Labradoriorum figurae, quas, ad exempla a Fratr. Hernuticis ibi degentibus missa, a magno artifice IOH. SWERTNER summo studio viuis coloribus depictas nuper accepi. Mas est; duaeque feminae pro illius gentis more ocreis amplissimis et ad coxas fere pertingentibus induatae quarum altera infantem in dextra sua caliga gestat *s*); omnes autem symmetricam satis et proportionalem formam praefferunt. Mari facies planior, genae rotundae, nasusque parum prominens neutquam tamen simus, corpus quadratum, caputque manus est, ita ut sextam totius suae longitudinis partem expleat; feminae autem proceriores ultra septem capita longitudine sua aequant *t*), et si colorem in fuscum vergentein *u*) demas, elegantis ceteroquin figurae sunt.

Sed in Asiam reuertamur, alteramque nostrarum varietatum trans-Gangetanam cum Insulanis &c. videamus, quae statim ad Gangetem Aracanos, frontem neogenitorum plumbea lamina complanantes *w*), exhibet.

r) HENR. HOME I. c. BUFFON T. III. p. 485 sq.

**)* quod satis confirmant Groenlandorum ad viuum factae effigies ap. ADAM. OLEARIUM GOTTORF. Kunstk. tab. III. F. 1-3.

s) CRANZ Fortsetz. p. 310. ELLIS p. 136.

t) medium tenent inter ALB. DÜRERI tab. AI et BI.

u) qui vitae generi debetur. CR. Fortsf. I. c. collato cum Hift. p. 178.

w) BUFF. I. c. p. 395.

hibet. Ab his ad borealem huius varietatis terminum Amur (Sahalien vla) fl. adscendentibus, Chinenses occurunt, inter omnes ni fallor huius orbis incolas, minime omnium corporis sui naturali conformatione, contenti, numerosis artibus id contorquentes prementes, adeoque in pluribus sui partibus a plerisque ceteris hominibus abhorrentes. Oualia fere eorum capita, facies planae, oculi angusti, versus canthos externos protracti, nasi parui, et quae sunt huius generis reliqua ex copiosis ipsorum Chinensium picturis, signisque murribinis et e fineclite scalptis adeo nota sunt, vt vix observari negant. Perfecte tales erant illi Chinenses quos Exc. BüTTNERVS Londini vidit, et botanices studiofissimus WHANG AT TONG (i. e. flauus ex oriente) quocum Exc. LICHTENBERG nuper ibidem loci versatus est. Attamen haec caput fingendi artificia magis ad molles faciei partes, quam ad ossium compagem pertinerevidentur, cum Cl. DAVBENTON x) plura Chinensi, Tatarorumque recenseat crania, eaque nullo modo a vulgaribus Europaeorum calvatiis differre dicat. Reliquae huius varietatis gentes in totum spectatae iis respondent characteribus quos supra de ipsis proposuimus. Nouo Hollandi tamen ita ad tertiam varietatem transitum faciunt, vt a Novozeelandis per Utahittenes ad quartam demum sensim progredi deprehendimus. Quorum jam mentionem feci Ins. Malicolo y) incolae maxime capitis singulari forma a vicinis abhorrent qua proxime ad Simiarum figuram eos accedere nuperi peregri-

x) *Descr. du Cab. du Roi.* Vol. XIV. n. MCCCXXXIX sqq.

y) sita est cum Tanna et uoua Caledonia Inf. 15° lat. austr. totidemque fere grad. ab orientali Nouae Hollandiae litore distat.

regrinatores retulerunt z). Reliquorum maris pacifici popolorum crania singulare quid prae se ferre non video, quare ad tertiam generis humani varietatem Africæ sc. gentes progredimur, circa quas autem breuem esse licet, cum nullius fere momenti sint quae circa harum caluarias notare licuit. Quae studiosius contemplatus sum Mumiarum crania, rotundioris et sphaericæ fere, ait elegantis et symmetricæ formæ erant. Aethiopis ex regione australi Africae caput studiose descripsit quem supra iam citauimus IO.BENI. de FISCHERA). A regione superiori elatius, subito attenuatum, ab anteriori

z) Gratuum fore lectoribus speramus si breuem horum hominum descriptionem apponimus, quam ex Cl. FORSTERI jun. relatione deponitam, Exc. LICHTENBERG nobiscum communicauit. Praeter omnem nostram expectationem, inquit, incolas in totum ab omnibus ceteris gentibus, quas adhuc in oceano australi videramus, differentes reperiebamus. Statura parua sunt, raro 5 ped. cum 4 pollicibus excedente. Artus eorum gracieles sunt maleque formati, colore ex nigro fusco, quem cum in facie, tum in magna reliqui corporis parte, nigro pigmento magis adhuc intensum reddunt. Caput eorum singularis structurae est, cum a nasi radice retro magis depresso sit quam in aliis hominibus, tantamque cum simiarum capite similitudinem prae se ferat, ut uno ore omnes admirationem nostram super ea testaremur. Nasus vero labia eorum non magis deformes quam in ceteris oceanii australis gentibus, existunt. Capillitium nigrum, crispum et lanuginosum, barbam autem densam et bene crinitam, minus tamen lanuginosam habent. Fune tam arcte cingunt ventrem, ut hic fere in duas partes diuisus appareat. Nullo cetero tegmine quod videvemus utebantur, unica excepta machina (virilis membra operculo) quae tamen ut illud teget quod plerueque gentes occultare student, tantum aberat, ut magis adhuc illud conspicuum redderet.

(a) I. c. tab. III. p. 24 et 26, anne idem est leg. Rav. n. XIII. Triangularem capitis figuram appetunt Aethiopes, INSFELDT I. c.

teriori ad medium ossis frontis et supra oculos acuminate
natum et sub illis longe exorrectum, a posteriori alte
globosum, itaque toto suo ambitu triangularem fere
formam referre, dixit. Neque tamen haec satis fir-
ma esse cum aethiopes quos videre et curatius contem-
plati mihi contigit, tum aethiopis cranium apud PETR.
PAAW, cuius iam meminimus, demonstrant: hoc
enim, si occiput maius et orbitas angustiores excipias,
parum cum FISCHERI descriptione et accuratissima cete-
roquin tabula similitudinis retinebit. Quarta adhuc re-
flat gen. hum. varietas Americae reliquae, praeter eam
quam supra iam vidimus eius partem. De totius hu-
iis orbis nostri quadrae incolis' idem dictum est b)
quod supra de Chinensibus monuimus, maximum illis
esse studium corporis sui naturalem formam in aliam
diffingendi et artis ope singulariter formandi. Id pae-
fertim de capite valet quod miris modis eos comprime-
re, copiosa extant peregrinantium testimonia; quanquam
accurata eiusmodi craniorum examina desint, nec satis
constet in quibus paeferunt caluariae partibus pluri-
mum mutetur. Prouinciae portus veteris incolarum
capita quadrata et occipitio carentia dixit HIERON. CAR-
DANVS c). Caraibae caput osseum, exhibuit Clarissim.
HVNALD d), quod tamen aut negligenter acri inci-
sum, aut adeo deforme est, vt inter monstrosas fabri-
cas referre mallem, quam vt totius gentis eam esse
ossum conformatiōnem credere possum. Offa nasi
enormia, foraminula neruis et arteriis exitum paeben-
tia

b) *Recherch. philos. sur les Amer.* I. p. 146.

c) *de rer. variet.* L. VIII. c. XLIII. p. 162. T. III. oper.
Cap. Maragnon Brasil.

d) *Mem. de l'ac. des Sc. de Paris* 1740. p. 373. tab. 16.
fig. 1.

tia eiusdem cum margine meatus auditorii externi magnitudinis, Zygoma angulosum et lobatum, maxilla superior ad dentium alveolos alte incisa et undulata, et quae sunt huius generis alia, obiter tantum hanc iconem conjectam esse, suspicionem excitant. Ex America demum septentrionali Canadensium viuis gentis globoſa e) alterius plana f) capita descriptis CHARLEVOIX.

Haec de craniorum figura sufficiant. Ex dictis satis superque satis patere confido, omnem fere capitis formae in diuersis populis differentiam, vnicore fere vitae generi et arti tribuendam esse: quanquam Hippocraticum, quod diximus, effatum, de arte temporis progressu in alteram quasi naturam degenerante, cum in hac tum in reliquis omnibus generis humani varietibus quodammodo certe valere posse, lubens concedo.

Vastus aequus ac amoenissimus pateret campus, physiognomiae et peculiarium totius faciei in diuersis gentibus lineamentorum, quae in multis certe firma satis, et climatis, vitae generis &c. adeo fidi indices sunt, ut et quandoque sub alieno coelo imo post plures generationes agnosci adhuc possint. At enim vero illinc exspatiari praeter alia praeſertim fidarum satis et curatissime delineatarum imaginum defectus prohibent. Vehementer quidem in id incubui, ut mihi remotiorum praeſertim et minus adhuc cognitarum gentium ad vivam factas picturas compararem; pauca tamen ea sunt quae adhuc nancisci licuit, et ex itinerum auctioribus non multi sunt, quorum iconibus, quod nempe ipsas populorum imagines spectat, fidere possis. Quodsi enim fratribus DE BRY vasta opera, CORNELII LE BRVN itinerum priores editiones, et SYDNEII PARKINSON dia-

rium

e) *Hist. de la nouv. France.* III. p. 187. 324. Algonquins.

Têtes de Boule.

f) ib. p. 323. Têtes plates. utrumque artis opus.

rium excipias, praeter hinc inde in variis libris sparsas icones genuinas, vix alibi plurium nationum fideles picturas reperies. Paucia interim proferre exempla sufficiat, quorum notissimum omnium et fallere nescium praeberet Israelitarum gens, vel solis oculis, orientem spirantibus, vbius facillime agnoscenda. Vallones, etiamsi per plurimos annos inter Suecos versati fuerint constanter tamen faciei lineamenta, sibi propria, servant, quibus primo intuitu ab indigenis distingui possunt g). Heluetorum serenus et ingenuus vultus, hilarius Sabaudorum puerorum, virilis et serius Turcarum h), simplex et incallidus gentium maxime borealium i), facile, etiam a parum physiognomice doctis, dignosci poterit. Difficilior paulo res est in quibusdam Europae australis et maxime occidentalis populis, quos quaecunque causa fuerit in iuuentute hilares et fanguineos, virili autem accidente aetate morosiores et ad melancholicum temperamentum procliuiores esse, obseruarunt Viri Summi k). In ceteris nostris varietibus longe adhuc constantiora sunt faciei lineamenta. Ut enim Chinenses taceam, quae tota capita sibi adeo deformia reddere diximus ut in his, quid naturae, quid arti

g) v. Cl. CLAS ALSTRÖMER om den fin-ulliga fär-afveln. Stockh. 1770. 8. p. 76. elegantissimus et obseruationum optimarum ad universam histor. anim. plenissimus liber.

h) RYSEL Aleppo. NIEBVHR Reis. &c.

i) Samojed. LE BRVN Voy. Amst. 1718 f. n. 7 et 8 et p. 9. Tattari Sibir. ib. p. 104. Ostiaki p. 112. Groenlandi ap. OLEAK. l. c. Esquimaux in pictura nostra prope accedunt ad Samojed. LE BRVN n. 7 et 8.

k) BOERHAAVE prael. in propri. inst. §. 879. Itali, Lustani, Hispani ad annum aetatis decimum octauum viniudi et ludibundi sunt: post trigesimum annum tristes omnes, morosi, melancholici et haemorrhoidarii sunt.

arti tribuendum sit vix dicere audeam, maris tamen pacifici incolae evidentia satis firmae physiognomiae exempla praebent. Trucem v. c. et effusum Nouo-Hollandorum et Nouo-Zeelandorum vultuum quiuis ex absolutissimis PARKINSONII *l*) tabulis agnoscet, cum Utahittenes e contrario in totum spectati, mitioris longe indolis esse videantur, quam et pleraque eorum imagines *m*) apud eundem egregium virum testantur *n*).

Etsi omnes fere Africae populi firmis satis et peculiaribus faciei lineamentis distinguuntur, veteres tamen Aegyptii et australioris Africæ gentes singulari sua physiognomia et a reliquis afris et a ceteris hominibus multum adhuc differunt. Veterum Aegyptiorum antiquæ artis monumenta a Memnonis statua ad figlina sigilla in mumiis reperiunda, et ad imagines usque e sycomoro in sarcophagis exscalpta &c. sibi simillimas et singulares plane imagines exhibent. Facies enim eorum longior, neutiquam tamen macilenta, nasus procerior, versus alas autem latior, et in acutiorem pirulam (*Σφαρειον RVR. et IVL POLL.*) desinens, os demum paruum labiisque tumentibus cinctum certissima et fallere nescia Aegyptiaci capitis signa praebent. Aethiopum autem facies adeo notae sunt, ut super his plura monere superuacuum foret. Nasum eorum sumum a quibusdam

l) t. XVII sq. XXIII. sq. XXVIII. &c.

m) t. VIII. &c.

n) Facies eorum a latere spectatae ob distincte prominentem nasum, labia, mentum &c. longissime a Chinensium plano et aequabili vultu abhorrent. In ipsis utriusque gentis hominibus coram id obseruare licuit Exc. LICHTENBERG, qui Chinensem, eius iam meminimus, et Utahittensem o-mai (quem vulgo, ast falso, trisyllabe *O-mai-a* dicunt) Londini norat, diuersissimisque eorum facies saepe miratus est.

dam o) arti tributum, nuperorum plurimi, iique autoptae, naturae vindicarunt p), quibus etiam bini aethiopum fetus in Museo Regio asseruati, R V Y S C H I I q) SEBAEQUE r) iconibus simillimi, egregie respondent. Quanquam enim omnes fere humani embryones simi sunt, aethiopici tamen de quibus loquimur adeo repandos nasus et interfinia (vt ISIDORI voce utar) habent, vt vel ex iis solis, etiam si tumida labra negligenter, quisque gentem eam agnoscat.

Paucæ adhuc corporis humani varietates praeter eas quae soli arti debentur recensendæ restant; in peculiari membrorum partiumque formatione versantes. Pili quidem cum colore tum' forma apud plerosque homines magnopere variant, in nonnullis tamen gentibus constantiorem habitum seruant. Et quidem vt in vniuersum candidos colores magis sub septentrionibus, fuscas sub austro gigni, dictum est; ita et capilli nigri torridis, albidi glacialibus plagis familiares esse videantur s). Prae aliis tamen Aethiopum crinis intensa nigredine et singulari crispididine conspicuus est; quae tamen non minus ac cutis eorum color minime ipsis connata sunt, sed temporis progressu, et solis, vt videotur, ardore t) contrahuntur. Fetus enim Aethiopes, quos diximus, leniter fuscis, et rectis capillis teguntur, qui

o) HEMMERSAM p. 37.

p) IAM MÜLLER *Fetu* p. 31.

q) *Theb. anat.* III. t. 2. fronte magis quam in aliis fetibus hirta, qualem et unum Musei Regii specimen præse fert.

r) *Theb.* T. I. tab. CXI. f. 2.

s) AVICENNA *canon.* L. I. Fen I. v. HALLER *el. physiol.* T. V. p. 36 sq.

t) COEL. RHODIGIN. I. c. p. 440 ed. Ald. nam arefactus capillus reflectitur atque incurvatur.

qui vix ab Europaei embryonis lanugine differunt: ita ut cutis pilorumque tinturam simul lensim mutari probabile sit. Senum enim aethiopum eutem pallescere, crinesque simul canescere, iam monuimus; et in aliis quoque hominibus obscenas partes ut fusca magis cute, ita et criso pilo tegi, nota res est. Dari autem quoque Aethiopes nigro quamuis, recto tamen capillo, in nupero opere docuit D. ANTONIUS DE VLLOA u). Ipsam demum Aethiopici pili structuram eandem ac ceterorum hominum, bulbumque perinde candidum esse alii docuerunt, ipseque saepius obseruauit.

Pedes aethiopum non uno modo male formatos esse multi auctores sunt. *Moreti* Virgiliani auctor plura eorum vitia sequentibus recenset x):

Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta,

Continuis rimis calcanea scissa rigebant.

quibus HIER. MERCVRIALIS respondet, qui pedum scissuras Aethiopiae endemias dicit y). Alius memoratius dignus apud PETRONIVM z) extat locus, quem de fernis ex Aethiopia agere, similibus iis quos *Negros* appellamus, Ill. HEYNE monuit a). Aegyptios aethiopiquesque blaefis pedibus dixit COEL. RHODIGINVS b) &c. quae tamen omnia minime totis gentibus communia esse videntur, cum iam ALBERTVS DÜRER c), postquam

u) *Noticias Americanas*. Madrid. 1772. 4. Entretenim.
XVII. p. 305 sq.

x) v. 35 sq.

y) *de decorat.* p. 103.

z) c. 102. age, numquid et labra possimus tumore tetrico implere? numquid et crines calamistro conuertere? numquid et frontes cicatricibus scindere? numquid et curva in orbem pandere? numquid et talos ad terram deducere? numquid barbam peregrina ratione figurare?

a) ad *Moreti* l. c.

b) l. c. ed. Ald.

c) l. c. Fol. 2. iij.

quam haec aethiopum pedum vitia recensuit, plures se vidisse optime ac symmetrice formatos addat; neque mihi ipsi in aethiopibus mihi visis, tale quid obseruare licuerit.

Mainmas aethiopissarum *d*), aliarumque *e*) australium seminarum, pendulas, vitae genere et lactandi modo contrahi, vix adhuc testibus egit.

Iis humani corporis mutationibus quae vitae genere accidunt, eas quoque accensere licet, quae linguarum differentiae ortum debent, quaeque in ipsis interdum loquelae organis reperiuntur. Caloris enim frigorisue potentiae eam discrepantiam cum Cl. IOANNE SENEBIER *f*) tribuere facilis vicinarum sibi linguarum comparatio et synopsis prohibet. Num quis enim climati tribuere auderet, quod Ephraimitae *Sibole* pro *Schibole* dixerint, chinenis literas *R* et *D*, Hispani *M* finale, aut Groenlandi Kamtschadalorum *Tsch*, *Ks* &c. pronunciare nequeant? Sed prolixiorum super ea re esse, immensi in hoc genere labores Exc. BüTTNERI vetant qui incredibili studio quicquid ad id argumentum spectat, collegit, propediemque prelo tradet.

Ad ea transeo quae, praeter capituli formationem adhuc in reliquis corporis partibus apud varias gentes artis ope mutari solent; primo de mutilatis dicturus, vbi membra et partes corporis resinduntur, euelluntur &c. Vetusissimam ex his circumcisionem esse, cum *Sacrae Litterae*, tum *HERODOTI* *g*) de Colchis, Aegyptiis et Aethiopibus narrationes, et late patens eius ritus

d) FERMIN oecon. anim. p. 117.

e) Hottentottae KOLBE Vorgab. d. g. H. p. 474. Inf. Horn incolae LE MAIRE et SCHOUTEN in DALRYMPLE's Collect. T. II. p. 58.

f) *L'art d'observer*. Gen. 1775. 8. T. II. p. 227 sq.

g) p. 102, 125 sq. ed. GRON.

ritus imperium *b)* testantur. Neque enim ad potiorum tantum, sed apud plures orientis populos ad se-
quiorem quoque sexum pertinet, cui eadem pudendi
particula quae vitilis meimbre praeputio respondet *i)*,
praescinditur; cuius ceremoniae copiosa ex antiquis
nouisque auctoribus testimonia et historias collegerunt
MART. SCHVRIGIVS *k)* et THEOD. TRONCHIN *l)*. No-
bis in praesenti sufficit, lectoribus exhibere iconem
(TAB. II. Fig. 4.) genitalium puellae circumcisae XVIII
annorum, quam benevolentiae Exc. NIEBVRH debe-
mus, qui et publici eam iuris facere nobis benigne con-
cessit. Erat enim inter quaestiones, celebri societati
Arabiam peregrinanti, propositas, vna, circumcisio-
nenem vtriusque sexus spectans *m)*, cui, ut ceteris fere
omnibus, egregie satisfecit, qui vnicus ab expeditione
superstes rediit V. CL. *n)* adeo ut et ipsam eam de qua
loquimur iconem reportaret, quam ad viuum fecerat
magnus artifex G. W. BAVRENFEIND. Ipsum in ea cli-
toridis corpus, nudum et praeputio suo orbum, e la-
biorum superiore commissura, sub pube abrasa pen-
dens, conspicitur, cui vrethrae, vaginaeque vteri ori-
ficia subiacent; quae si fortassis non adeo exquisita vi-
deren-

b) Vtabittenses. Angolae Negri, HUGHES Barbad. p. 14.

i) ita et P. BELLON. obs. L. III. c. 28. et si eam particulam
graecis *Hymenaea*, latinis *Alae* dici, confuse addat, ne-
que tamen ipsis alis (*υρημνοι, πτερυγωματα*) parci
THEVENOT. auctor est: Voy. L. II. c. 74. Saepe autem
harum partium graecae voces inter se confunduntur; quan-
rum genuinas explicationes v. in HENR. STEPHANI di-
ction. med. p. 536 et 599. et IOACH. CAMERARII comment.
vtriusque linguae p. 359.

k) muliebr. p. 116 sq. 142 sq. parthenol. p. 379 sq.

l) diss. de clitoride p. m. 75 sqq.

m) Exc. MICHAELIS Frag. p. 155 sq.

n) Beschr. v. Arab. p. 77 sqq.

derentur quibusdam, pictoris festinatio facile excusat
bit o).

Eunuchi non tam ad argumentum nostrum spe-
ctant, quam monorchides, quibus in infantia alter te-
stis exscinditur. Praeprimis hic mos apud Hottentot-
tos inualuit, qui octauo plerumque, imo, si KOLBIO p)
fides, quandoque decimo octauo demuin aetatis anno,
monorchides redduntur. Velociores eos currendo fie-
ri putant; fertilitati autem simul noceri peregrinatores
monent q). Similem testis iacturam Heluetici rustici
non raro patiuntur, cum qua circumforanei antiquo
more hernias curare solent r).

Ad mutilata demum pilos refero, a nonnullis
gentibus in diuersis corporis partibus eradicari solitos.
Ita Buratti barbam saltem subimentalem seruant, reli-
quam euellunt s): Turcae omnes, praeter capillos bar-
bamque, reliqui corporis pilos, variis vnguentis, de-
lent t): Utahittenses crines subaxillares eradicant u):
et Americae plerique populi barbam extirpant, quae
res in vetus illud commentum w) abiit, americanos sua
natura imberbes esse. Sed refutatione vix egit haecce
fabella: de Dariensisibus expresse dixit LIONEL WAFER x)
barbam ipsis fore, nisi eam euellerent; et masculo illi

Esqui-

o) ib. p. 80. Herr B. hat es nach der Natur aber mit
zitternder Hand gezeichnet.

p) p. 147.

q) IO. SCHREYER p. 34.

r) V. HALLER adu. BVFF. operum minor. T. III. p. 183.

s) LE BRVN Voy. p. 120. Memoir. sur les Samojedes &c.
p. 39 sq.

t) LEONH. RAVWOLF Raiss p. 31 sq. BVFF. T. III.
p. 438 sq.

u) HAWKESWORTH T. II. p. 183.

w) denuo repetitum in Recherch. sur les Americains T. I.
p. 37. Quest. sur l'Encycl. T. VII. p. 98.

x) Ilibm. of Amer. p. 106.

Esquimaux in pictura nostra barbula in mento ($\pi\alpha\pi-$
 $\pi\sigma\varsigma$) remansit, reliqua facie glabrata. *)

Dentium exacutionem artificiosam y), aliasque
tam parui momenti mutilationes, omitto.

Ad deformationes partium praeprimitis auriculas
pendulas et euormes refero, a longo inde tempore apud
varias gentes amatas, adeo ut antiquae de Scythicis in
Ponto populis fabulae ansam praebuerit, tam magnas
ferentibus auriculas, ut tota iplorum corpora iis conte-
gi queant z). De Malabarum Commorae a), Beynaris,
Moluccarum b) et Mallicolae c) incolis certe comper-
tum habemus, variis eos artibus auriculas praegrandes
et vere monstrofas reddere. Mire laciniatas, australis
hominis pictura apud CORN. LE BRVN exhibit d).

Virilis membra praeputium studiose prolongare
nouo Zelandos, nuperae docuerunt Anglorum de ter-
ris australibus relationes. Chinensium enormes tinguies
noti sunt **).

Puellas curatura iunceas reddere, politissimarum
gentium antiquis mos e) est, quas autem ideo cum
Perill. LINNAEO f) inter monstra referre, vrbanitas et
reuerentia vetat.

Pigmentorum et varii generis fuci usus, ipsas
quidem membrorum formas non mutat, adeo constans
tainen

*) Gens Esquimant sic barbata. CHARLEVOIX III. p. 179.

Terrae del Fuego incola barbatus. PARKINSON T. I. ex
omnibus ergo Americae Zonis.

y) Aethiop. HEMMERSAM p. 37.

z) PLIN. IV. 13. VII. 2. POMPON. MELA L. III. de Hisp. et
Septentr. insulis.

a) SCHREYER p. 117.

b) MAXIMIL. TRANSYLV. ap. ZAHN Spec. T. III. p. 69.

c) arundine ipsas perforant.

d) p. 197.

**) OL. TOREE p. 69.

e) Chaerea ap. TERENTIVM Eun. II. 3. 21.

f) S. N. XII. I. p. 29.

tamen est in quibusdam gentibus, ut eum plane intactum relinquere nefas foret. Alii quidem varia pigmenta cuti saltem illinunt, alii autem eandem acu prius pungunt, tuncque demum colores infriant, tenacissime tunc inherentes. Vterque ritus apud remotissimas et maxime diuersas gentes inualuit. Pingunt se v. c. Kanagystae *g*), Californii *h*), Turcae *i*), Insularum St. Crux *k*), et Mallicolo, Nouae Hollandiae *l*), Capit. Viridis *m*) &c. incolae *n*). Acu autem in ipsa cute lineas ducere (*tatowiren*) nouimus Tungusas *o*), Tschuktschos *), Turcas *p*), Esquim. *q*), Novo Zeelandos *r*), Vtahittenses *s*), multasque Americae reliquae gentes *t*).

Et haec fere sunt quae super corporis humani eiusque membrorum varietatibus aut climate, aut vitae generis, aut diuersis connubiis, aut demum arte effectis, enarranda habui. Facile quisque videt argumentum nostrum circa totarum gentium varietates versari, neque

- g*) in Ins. Kad-jak archipelagi Olutorii STAELIN l.c. p. 32.
- h*) BEGERT p. 109.
- i*) RAVWOLF, RVSEL, NIEBVR in vtroque opere.
- k*) inten nigredine ALVARO MENDANA DE NEYRA'S ap. DALRYMPLE Vol. I. p. 78.
- l*) PARKINSON Tab. XXVII. abdomen et crura zonis candidis distincta.
- m*) caeruleo v. d. GRÖBEN p. 19 sqq.
- n*) de Pictis vet. v. Cl. MARTINI ad BVFF. allg. N. G. VI. p. 258 sqq.
- o*) *La Russie ouverte &c.* Petersb. 1774. fol. Falc. I. tab. 5. ic. color. LE BRVN p. 118. IO. G. GMELIN Reis. I. p. 77.
- o**) KRASCHENINIKOE Kamtschatka P. II. p. 152.
- p*) NIEBVR Reis. I. tab. LIX. arabissa ex Tehâma.
- q*) Feminae in tabula nostra, duplice punctorum serie in arcu frontali, simplici sub labio infer. pictas sunt.
- r*) PARKINSON Tab. XVI. XXI. XXIII. s) ID. Tab. VII.
- t*) prolike IO. DE LA ET adu. HVG. GRO T. de orig. gent. Americ. Amst. 1643. 8. p. 204 sqq. Canadens. in Mus- Kirch. ed. BATTARAE Rom. 1773. fol. P. I. Tab. I, II. ic. color. In Terra del Fuego PARKINS. Tab. I.

que eas ad rem nostram pertinere quae vni alterius individuo fortuito acciderunt; ideoque infelices illos infantes hinc illinc inter feras repertos, summo iure hic loci omitti: eo magis cum iam Cl. Virorum industria quicquid de iis exemplis innotuit studiose collegerit et ex professo pertractauerit *u*). Pars eorum potior et nobilissima, ratio sc. inculta manet, dura autem necessitas humanam eorum naturam adeo inuertit, vt haec brutis simillima anthropomorpha, si quos alios, ad LINNAEANOS homines monstrolos referrem.

Morbi quidem, quibus corpus humanum affligi solet, multo minus quam ferus horum infantum status, argumenti nostri esse videntur: et tamen inuiti quamvis, pathologiam hic loci tangere, nuperorum quorundam Cl. Virorum lapsu cogimur, qui morbosos de quibus iam nobis sermo erit, non solum pro peculiari generis humani *specie*, habere, sed et eosdem cum simiis confundere, haud dubitarunt. Cutis et oculorum vitium est, cum apud diuersissimam gentium homines, tum inter varia animalium quadrupedum, aviumque genera, quandoque occurrens. Ut enim supra candorem corporum organicorum frigori debitum, vidimus, ita nunc alia vitiosa magis nec a climate pendens albedo consideranda venit, quae nec ab ipsis plan-

u) antiqua exempla AELIAN. v. h. L. XII. c. 42. ALEX. AB ALEX. Genial. Dier. L. II. c. 31. de Cyro dubitat HERODOTVS L. I. de Romulo et Remo LIVIUS L. I. c. 4. hos defendunt PLIN. VIII. 15. XV. 18. et PLUTARCH. Romul. c. 11. Gargoridis ex Filiae stupro nepos IVSTIN. L. XLIV. c. 4.

De nuperis v. elegans, quoad historiarum collectio-
nem, HENR. CONR. KOENIG sched. de hom. inter feras
educat. statu nat. solitario. Hanover. 1730. 4. PH. HENR.
BOECLER de statu animar. hom. feror. Argent. 1756. 4.
LINNE' anthropom. T. VI. amoenitat. ac. p. 65 sq. et S.
N. I. c. p. 28. prolixe Cl. MARTINI I. c. p. 263 lqq.

plantis w) abesse videtur, magis tamen, sicut inisque et singularibus symptomatibus inter animantia obseruatur, quibus tunc cutis et pili aut pennae plumaeque, praeter naturam cretacei fere aut lactei, oculi vero grisei, rubelline coloris esse solent. In paucis generibus hic singularis status in alteram quasi naturam abiisse videatur, ita ut semper sibi similes pariant, idemque per omnes generationes color seruetur; in plerisque autem sparsa saltem et anomala eiusmodi videntur exempla, quae ab soliti coloris parentibus nata, facile etiam his similes fetus iterum procreant; aut certe inter paucarum familiarium limites tenentur. Ex prioribus notissimi sunt cuniculi albi, quos non inepte sui generis levic-aethiopes dixit NIC. LE CAT x). Constat his et perpetuus est nivus pilorum, roseus autem seu rubidus oculorum color, qui in reliquis aut griseus aut niger existit. Desideratur enim in istis nigrum pigmentum quod animalium mammalium, avium, amphibiorum, multorum piscium, imo et insectorum oculos interne obuersit, cuiusque fedes in cellulosa tela tunicae choroidem, vneam &c. obducente, quaerenda est. Maximi hanc nigredinem ad recte beneque videntum momenti esse, praeter alia argumenta praeferunt debilis eorum animalium visus testatur, qui eo pigmento aut in totum, ut in cuniculo albo est, aut etiam quoad partem tantum destituuntur y). Nam et ea animalia, qui coeruleum aut viride *tapetum* habent, eo difficultius claram et meridianam lucem ferunt, quo maior aut splendidior iis ea pars existit; ut in fele aliisque animantibus qui noctu res suas agunt, obseruare est.

w) cyani, rosae &c. anomale ex nativo colore in albidum vergentes.

x) *Coul. de la peau* p. 55.

y) Senibus pallescit Chorioidea.

est. Sed his tamen externa choroidis facies, et internae quicquid praeter tapetum restat, nigredine debita obducitur, cuius autem in iis de quibus loquimur cuniculis, ne vestigium quidem appetet. Numerosissima hinc, si sanguine turgida sunt, vasa, roseo fere aut auroreo colore per pupillam et in iride transparent; qui elegans rubor perit si oculi bulbus ex orbita eximitur sanguisque effluit; manet, si eadem vasa prius sebo miniato replueris. Pupilla, vt et in aliis de quibus nobis sermo erit animalibus, amplissima, etiam post mortem; iris, si a vasis recesseris, albida, vix flocculenta; quae, si vnam aliorum animalium irides, ob ipsum alieni pigmenti defectum, nullas ipsi esse fibras circulares, luculenter monstrat; vasa eius elegantissime serpentina; plicae autem processuum ciliarium, si inieccio rite successerit, vt nil supra &c. Cum hoc oculorum vitium adeo familiare sit huiusmodi cuniculis, vt et earum femellae, a nigris griseisque masculis compressae, albos fetus et rubros oculos ferentes pariant; certe non mirum est eos etiam facilius luci atuescere, dicique ferre discere.

Aliter cum muribus albis comparatum est, qui, et si quandoque per plures generationes pilorum niueum, rubrumque oculorum colorem, perinde vt cuniculi, seruent, nihilominus tamen maxime lucifugi z) manent. Est hic Goettingae pistoria domus, in qua non raro mures albi capiuntur, quorum plures viuos vidi, qui interdiu, et si lux admoueretur caueae, in goffyppium quod ipsis additum erat, statim se recipiebant, in crepusculo autem, et si nubila tempestas esset, vegeti discurrebant.

Sed

z) *physical. Belust. 14 St. p. 439. sq.*

Sed praeter cuniculos muresque alia quoque sunt animalia, in quibus haec pilorum, pennarumue et oculorum varietas, et si rarius, obseruatur. Inter equos *a)* quandoque tales cernuntur; qui autem a Dani-
ca peculiari stirpe distingui debent; quae et si albis na-
scuntur pilis, vngulas tamen et oculos nigros, imo ex
Cl. KERSTINGII obseruatione rete Malpighianum quo-
que fuscum habet.

Canes albos, oculis rubris ipse vidi; cricetum
eiusmodi munificentiae Cl. SVLZERI debeo: similem
sciurum viuum aluit I. I. WAGNER *b)*.

In avium tribu, albae varietates cum rubris ocu-
lis, quandoque inter passerines Canarienses, pauones et
gallos; rarissime, certo tamen, inter coruos occur-
runt.

Quod demum homines attinet, eodem vitio cor-
reptos, eorum historia a nuperis quibusdam adeo de-
turpari, fabulisque confundi cepit, ut fere condonan-
dum sit aliis qui seduci se passi sunt, nouamque exin-
de generis humani speciem constituere haud erubue-
runt. Partium itaque nostrarum erit commenta a ve-
ro separare; morbum, non peculiarem humani gene-
ris varietatem, nedum speciem esse, demonstrare;
eius symptomata seorsim enarrare; eumque et veteri-
bus cognitum, et per totum fere terrarum orbem gra-
fanteem ostendere.

Summi LINNAEI lapsum, per tot egregii operis
editiones repetitum *c)*, et ab aliis Cl. viris fideliter as-
sumtum recantumque, post BUFFONII *d)* PAVVII-
que

a) EDM. CHAPMANN *de leucaeth. in fine.*

b) *n. Helvet. p. 185.*

c) S. N. XII. p. 33.

d) T. XIV.

que e) acres censuras vltro vrgere, reliqua eius immen-
sa vere merita, nostraque erga tantum virum reveren-
tia, vetant. Tribus saltem verbis indicasse sufficiat;
Simiarum attributa illinc cum humanis confusa esse;
neque corpus nostrum dimidio minus, nec oculos orbicu-
latos cum membrana nictitante et visu laterali in
vtrumque latus simul f), nec manuum digitos in erecto
attingentes genua, nec cutaneam pubis plicam g), nec
demum linguam sibilam et arrogantia illa cogitata,
spem futuri dominii &c. ad summum Diuini Numinis
opificium pertinere, sed ad fabellas releganda esse.

Morbus est humani corporis, plerumque conge-
nitus, in totum illi similis, quem varia animalia quan-
doque corripere, diximus: in eo autem diuersus, quod
symptomatis ludat, modoque grauius modo lenius
hominem inuadat: in aliis terris rarer, in aliis fre-
quentior et endemius sit: hinc per familias propagetur,
illinc vase saltem et sparsum aliquem occupet. Cutem
oculosque simul afficit, ideoque cum ad impetiginem,
tum ad luscitionem b) referri posse videtur: utrique
enim

e) *Rech. sur les Am.* T. II. p. 69. sq.

f) DALIN V. am. acad. T. VI. p. 74.

g) ib. p. 73.

b) *Luscito, vitium oculorum, quod clarius vesperi quam
meridie cernit, FESTVS.* Eodem sensu *υνταλωπιας* vo-
cem sumit HIPPOCR. prorrh. II. GALEN. *isag.* PLIN. L.
XXVIII. c. II. et THEOD. PRISCIANVS L. I. c. IO. VAR-
RONI e contrario lusciosi qui vesperi non vident; vt
υνταλωπες AETIO, PAVLO, ACTVARIO et ORIBASIO:
qui interdiu cernunt, sed sole occiduo hebetius, noctu
vero nihil vident. Plura super his confusis nominibus
v. ap. H. STEPHANVM *Dicit. med.* p. 418 sq. AN. FOE-
SIVM oecon. Hipp. p. 263 sq. FR. TAVEMANNVM ad
PLAVTI *Mil.* II. 3. 52. et IO. HARDVINVM ad PLINII I.
c. p. 471. HIPPOCRATEM sequitur Desiderat. R. AVG.
VOGEL

enim pariter cognatus est, ut ex symptomatum recensione patebit. Quod cutem s. potius cuticulam, quae princeps morbi sedes est, attinet, ea non uno modo in eo afficitur: semper quidem vitiose albescit, pilique i) aut pubes eodem nîneo candore inducuntur; diversimode anteim simul ipsius epidermidis natura mutatur; neque semper tota, sed et, raro quamvis, sparsis tantum per corporis superficiem locis corripitur. Hoc autem modo aegrotantes ab illis hominibus probe separandos esse, quibus rete tantum versicolor est, supra iam monuimus k). In morbidis de quibus loquimur, asperas esse et tactu quoque a reliqua cute distinguendas maculas, apud Indos orientales obseruauit Ch. RUDOLPH l). Tattaros similiter variegatos reperi STRAHLENBERG m) et Io. BELL n) referunt: Malabaros autem, magnis eiusmodi maculis ex albo flavescentibus distinctos, relationes Hallenses describunt o), malumque leprae simile faciunt. Proxime ab hac morbi specie ea abest, qua tota cendet corporis cutis, alieni tantum coloris maculis, flavis v. c. p) hinc inde adsperso-

VOGEL de cogn. et cur. c. b. aff. p. 475 sq. ubi Nyctalopia veterum (*Hemeralopia recentiorum*) coecitas diurna; Hemeralopia veterum (*Nyctalopia recentiorum*) coecitas periodica audit, que sub crepusculum incidit.

i) v. ACTVAR. L. II. π. διαγν. περιων. c. 23. αλφοι.

k) p. 58 n. r)

l) SCHREBER Sanguis. p. 15.

m) in Sibiria. Nordostl. Eur. u. Asia p. 121.

n) Zulimmi. v. BELL's Travels from Petersb. to diverse parts of Asia. Glasg. 1763. 4. T. I. p. 89. scorbutico malo tribuit.

o) Tranqueb. Miss. Ber. Contin. XXI. p. 741. similes videlicet equis ex nigro et albo variegatis.

p) wie Sommerflecken.

adspersis q), aut ubi color ex albo rubroque mixtus est r): aut facies saltem natuum ruborem retinuit s).

Plurimis autem tota cutis, non uno tamen modo, candet. In multis enim epidermis praeter colorim parum aut omnino nihil natura sua mutatur, ita ut ceteroquin nil morbidi prae se ferre videatur. Tales sunt, quos curatissime descripsit LIONEL WAFER t), isthmi Darici multi incolae; qui copiosa, sed tenui et nivea pube vestiti dicuntur. Similis erat ex Ternatae vicina insula, elegans femina quam Bantamici regis concubinam dicit LE BRVN u): et quinquennis puer academiae Parisinae ostensus w). Alium, nuper Londini visum, cute Europaeo similem dicit Anglus poeta x). In multis autem scabra quoque epidermis est. Ita de Tamulico ludi magistro lego, cui cutis desquamata quasi erat, vt in rubrum colorem vergeret y). Lepram albam morbum dicunt, Malabarice Wönkuschtam f. Wenküchtam z). Similis videtur Paraguaiensium quorundam crusta leprosa, piscium squamas referens, indolor, nec reliquam sanitatem afficiens a). Leprosos quoque facit albos Aethiopes IOB. LVDSL-

FVS

q) Tranqu. M. B. Contin. CVI. p. 1282 sq.

r) ibid. Contin. XLVI. p. 1239. sq.

s) OLIV. GOLDSMITH's hist. of the Earth. T. II. p. 241. an talis fuerit Vitahittenis ille ap. PARKINSON p. 27. decidere non audeo.

t) p. 107.

u) p. 353.

w) Hist. de l'ac. des sc. 1744. n. V. p. 12 sq. VOLTAIRE me-
lang. T. III. p. 326. MAVPERTVIS Venus physique p. 147.

x) OLIV. GOLDSMITH I. c.

y) GOTTL. ANAST. FREYLINGHAUSEN neuere Missions Ge-
schichte 8 St. p. 1071.

z) Tranquib. M. B. Cont. CVI. p. 1283. not.

a) Lettres édifiantes. Rec. XXV. p. 122.

rus b), et Guineenses ISAACVS VOSSIUS c). Ipse per plures annos Saxonem noui inuenem, cui tota cutis, non ipsa facie aut volis manuum exceptis, albis et calcareis quasi squamis aspera erat, et per numerosa crusta interstitia et fissuras quasi, rubra apparebat. De fluebant interdum hae squamae, tuinque magis rubebant membra; continuo autem nouae succedebant. Pubes alba erat; capilli autem et supercilia, si recte me mini, mustellina. Hi enim pili, non vt pubes eundem in hoc morbo colorem seruant, sed diuersimode ludunt. Plerisque niuei sunt d), molles et simillimi lanae caprinae e). Neque tamen et hic candor constans est, sed succedente aetate in rubellum mutatur f). Capillos rufos et flauos suis Leucaethiopibus VOSSIUS tribuit g), flavi erant in familia Malabarica h), aureoli in puella Manilica apud G. Ios. CAMELLI i). Haec de altero morbi nostri affectu; quo cum impetigine conuenit. alter, vt diximus, oculos afficit, et ad luscitionem pertinet, cuius tamen quoque symptomata inrum quantum variant. Multis palpebrae turnidae k), connuentes, Dariensibus semilunari apertura l). omnes inter-

b) Hist. Aethiopica L. I. c. 14. §. 32.

c) de Nili & alior. fl. origine. p. 68.

d) v. d. GRÖBEN l. c. WAFER p. 108. Tranqueb. M. B. Contin. XLVI. CVI. &c.

e) ib. GOLDSMITH l. c. *The hair was white and woolly, and very unlike any thing I had seen before.*

f) Tranqueb. M. B. Contin. CVI. p. 1283 not.

g) l. c.

h) Miss. Ber. Cont. CII. p. 637.

i) philos. Transact. n. 307. p. 2268.

k) LE BRVN l. c.

l) WAFER p. 108. — *their Eye-lids bend and open in an ohlong Figure, pointing downward at the corners, and forming an Arch or Figure of a Crescent with the Points*

interdiu nictant, vt et bene valentibus quandoque, et fetibus, ex obseruatione Exc. WRISBERGH^{m)}, plerumque contingit, quodsi nimia luce percelluntur. Id et in iuvene illo videre erat cuius epidermidem modo descripsi; maxime id incommodum ipsi accidit quamdiu fuit hyems, vbi niuis candorem ferre non poterat, at glacies ipsi ideo timenda esset. Paucis iris continuo mouetur, et pupilla adeo inquietata est, vt minuta obiecta, v. c. litteras, nunquam distinguere possint ^{n).} Iridis et choroidis colores varii quidem, omnes tamen pallidiores, vt mirus lucis absorbeatur, et retina eo magis afficiatur.

Multis roseae sunt, vt animalibus quae recensuimus. Tales habere nouimus, agricolae gallici ^{o)} duos filios ynamque filiam. In Leucaethiopis 1744 Lutetiae visi oculorum descriptione variant Viri Cl. MAVPERTVIS et VOLTAIRE. huic rosci, illi caesii dici sunt. Uniendi tamen si Cl. FONTENELLE ^{p)} sequitur, qui certa tantum sub oculorum positione rubram apparuisse iridem &c. refert. Ruffae erant illi, quem vidit OLIV. GOLDSMITH. Sed et caesii non raro in hoc morbo oculi sunt. Ut enim hic color in totum debilem notat visum, post AVICENNAM et AVERROËM notante HERMANNO CONRINGIO ^{q),} ita et praesertim in nycte alo-

Points downwards. From hence and from their seeing so clear as they do in a Moon-shiny Night, we us'd to call them Moon-ey'd.

^{m)} de vita fet. hum. diiudic. in Nov. Comm. Soc. R. Sc. Goetting. T. III. p. 179. sq.

ⁿ⁾ Miss Ber. Cont. XLVI. p. 1240.

^{o)} in paroecia Champniers, $1\frac{1}{2}$ Leuc. ab vrbe Civraye. 1773 adhuc in viuis erant.

^{p)} I. c. Hist. Ac. Par.

^{q)} de hab. Germ.

alopibus nostris saepe occurrit. Caesius erat quem novi iuuenis. Et qui inter Malabaros lepra alba cum luscitione laborant, similem oculorum colorem gerunt r): vt et ii qui in R. Loango extare dicuntur s). Griseos ipsis oculos tribuit DAPPER. Nescio annon et ipsius HIERONYMI CARDANI familiam hoc nostro morbo laborasse probabile sit. Ipse enim in *vita propriata*: pater ruber, oculis albis et quibus noctu videret — et paulo post: filius meus natu maier oculis illi simillimus —. et de se ipso alibi u): prima iuuentia nuper expperectus in maximis tenebris omnia lustrabam, ac si dies clara esset. sed breui tamen vis illa mihi subtrahebatur. Nunc etiam aliquid video, sed tamen non discerno.

Sed haec de externa cutis et oculorum conditio-
ne in morbo nostro laborantibus sufficient. Paucis ad-
huc de reliqua eorum corporis constitutione praecipien-
dum erit. Primo ergo non omnibus perinde teter aut
foedus habitus est. Nam et plures eorum regis Loan-
gi satellitium constituerelatatum est w). Certe alia
Bantamici Regis amica erat x): et alia Malabarica mi-
liti Europaeo nubsit y). Illa corpore quadrato et ge-
nis rotundis describitur. Et robusti satis videntur vt
noctu certe res suasagere possint. Imo et ipsos noctu
vicinas regiones hostiliter inuadere dicitur z). et Lusi-
tanos

r) Tranq. M. B. Cont. CII. p. 637. et CVI. p. 1283.

s) Voss. I. c. p. 68.

t) p. m. 7 sq.

u) de ver. variet. L. VIII. c. XLIII. p. 161. T. III. oper.

w) VOSSIVS I. c.

x) LE BRVN I. c.

y) Miss. Ber. Cont. CVI. p. 1282.

z) v. d. GRÖBEN I. c. GEORG. AGRICOLA *de anim. sub-terrani. rogis ardentibus abigi.*

tanos alios ex Guinea Brasiliam versus transtulisse, ut
in aurifodinis opera facerent; vitae certe genus vbi ny-
ctalopia prodeesse potuisset.

Alii autem debilis et imbecillis corporis esse vi-
dentur. De Dariensisibus WAFER a). Gallici parochi-
ae Champniers vix sub dio esse possunt. Malabarici
certe longiora itinera perferre nequeunt b), neque
ventum, aut aeflum c). cito defatigantur d). Solis
candor lacrumari eos facit e). nebulosa autem tempe-
state non male vident f).

Animam autem et mentis dotes hoc morbo mini-
me affligi, sed bene valere posse, exempla docent.
Quem toties dixi, iuuenis, non vnius generis scientia-
rum, imo et quas humaniores dicunt, eleganter do-
ctus erat. Malabaricum paedagogum, poemata cal-
lentem, citauimus. Et, si licet, magnum artis lu-
men CARDANVM cogitemus.

Haec ergo morbi phaenomena et symptoma-
ta sunt. Eum omnis temporis locique gentes inuadere,
et partem ad endema, partem autem ad sporadica mala
pertinere, adhuc demonstrandum restat. Vtroque mo-
do iam priscis cognitus fuit. Sporadicum enim
eiusmodi exemplum fabulae Rominensi ansam pre-
buit, quam Aethiopicorum titulo HELIODORVS reliquit.
Rex Hydaspes nempe filiam Charicleam, quae eum ex
improviso agnoscit, pro sua suscipere dubitat, quod
ipse cum vxore sua aethiopes sint, illa autem candida
cute. Verum Sisimithres, Charicleae advocatus, qui
ipsam

a) a weak people in comparison of the other.

b) FREYLINGHAVSEN l. c.

c) Miss. Ber. Cont. XXVI. p. 151.

d) ib. et FREYLINGH. l. c.

e) WAFER.

f) FREYLINGHAVSEN.

ipsam tenellam adhuc sustulerat, totam *rein* patri declarat: *alba*, inquit, et ea fuit quam *sustuli*: alioqui et annorum tempus conuenit cum praesenti aetate puerulae, cum 17 fere annos haec, et expositionis tempus, impleuerit. Porro et oculorum aspectus mecum facit, et totam vultus effigiem ac excellentem formam, quae nunc apparet, conuenire cum ea, quam tunc cerneam, agnosco g). Fortassis etiam, quam ARISTOTELES h) habet, mulieris siculae ex adulterio cum Aethiope nata filia, huc pertinet, non patris aethiopis colore praedita, quae autem filium postmodum peperit, auita nigredine denuo conspicuum.

Sed et endemicum eundem morbum norunt veteres, adeo ut et totis gentibus et terris de eo nomina imponerent. Albanianum enim, ad Caucasios montes et Armeniae confinia i), exinde nomen duxisse probabile est, de qua ISIGONVS NICAENSIS k): *gigni ibidem quosdam glauca oculorum acie, a pueritia statim canos, qui noctu plusquam interdiu cernant l)*. Altera huiusmodi natio *Leucaethiopum* nomen tulit, deinceps aliis hoc morbo laborantibus impositum. Mentionem eorum faciunt POMPONIUS MELA m), PLINIUS n), PTOLEMAEVS o), et AGATHEMER p): intactos autem

g) L. X. p. 477 sqq. ed. BOVRDELOTII. Par. 1619. 8.

h) Hist. animal. L. VII. c. 6.

i) PLIN. L. VI. c. 13. p. 311. HARD.

k) ap. PLIN. L. VIII. c. 2. p. 371.

l) cf. SALMAS. ad SOLIN. c. 15. et GELLII Noct. Att. L. IX. c. 4.

m) L. I. c. 4. p. 12 ed. LB. 1743. Ad h. l. IOACH. VADIANVS (de Watt): *sic vocantur quidam aethiopes, qui comparatione aliorum subalbidi esse deprehenduntur, non in torum albi, nec in totum nigri* p. 155 ed. Baf. 1543.

n) L. V. c. 8. p. 252. HARD.

o) L. IV. c. 6. p. 77. ed. MICU. SERVETI Lugd. 1541.

p) Geogr. L. I. c. 5. F 5

autein eosdem reliquerunt STRABO, IVLIVS HONORIUS ^{q)}, ISTRUS AETHICUS ^{r)}, anonymous Ravennas &c. Sed nec illi quoad regionem conueniunt, quam inhabitare dicunt Leucaethiopes. MELA et PLINIUS eos cum Libycoaegyptiis ad Libycum mare ponunt. IO. REINHOLD in tabulis quas MELAE suo addidit, circ. longit. 50° latit. hor. 15° &c. ^{s)}. PTOLEMAEVS vero Leucaethiopes sub Ryssadio monte degere inquit, cuius nominis celebre promontorium DANVILLE pro capite viridi habet. Vt vt sit, nobis in praesenti sufficit, priscis hunc morbum non incognitum fuisse.

Recentioris aevi exempla e diversissimis et maxime dissipatis orbis nostri partibus vidimus, quae, additis aliis paucis, breuissimis adhuc secundum quatnra nostrarum varietatum ordinem repetere, operaे pretium erit. Ex ipsa nostra Germania iuuenem curatus descripsi. In Hispania et Gallia non absque exemplo rem esse, EDMUNDVS CHAPMANN refert. Infantes Rothomagi natos, NIC. LE CAT vidiit. Ex paroecia Champniers similes iam notauimus. et de familia sua Itala loquentem CARDANVM. Scandiae similes homines existant GE. AGRICOLA et OLAVS MAGNVS. Malabaricos bene multos exhibent Relationes Tranquebariens. contemptum apud hos Kakerlacken ^{*)} vocantur, a similitudine blattae orientalis, quae et versicolor et nocturnum insectum est. Et in terra Labrador hic morbus occurrit, si nempe Campanica puella le Blanc ad Esquimaux pertinuit, vt verosimile est ^{t)}.

Ex

^{q)} excerpt. cosmogr.^{r)} vt putant.^{s)} HARDVINO ad PLIN. desertum Saarra est.^{*)} Calkalaken Miss. Ber. Cont. CVI. p. 1283. Kalkalatten Cont. CII. p. 637.^{t)} Histoire d'une jeune fille sauvage &c. à Par. 1761. 12. p. 36.

Ex altera generis humani varietate leucaethiopes (si antiquam vocem ad hos quoque transferre licet), novimus in Inf. Iaua *u*), Borneo *w*), Manila *x*), Ternatae vicinia, porro in noua Guinea *y*) et Utahitti *z*). Ex tertia, ultra Nili fontes austrum versus *a*), et ad Senegal fl. *b*) cuius ostio Ryssarium subiacet promontorium, porro in australi magis Guinea *c*), ~~cuiusque~~ R. Loango. demumque in Cafreria interiore *d*) et Madagascar ins. *e*). Quarta denique Blafards suos ad Isthmum Daricum, in R. Mexicano *f*), Tucumann, et Paraguay exhibet.

Sed nimia iam fuit ex historia naturali et humani generis varietatibus ad pathologiam et morbos digressio. Culpam deprecentur, qui invaletudine afflictos homines cum bestiis confuderunt, quas separare, et suum cuique restituere, humani generis dignitas postulabat.

Immensus, nec huius loci labor esset, si omnium, apud obseruationum medicarum, diariorum &c. auctores ocurrentium corporis nostri vitiorum, quae hinc illinc

p. 36. 39. populares suos nyctalopes fuisse, res suas notwithstanding egisse &c. & ipsa quoque luscitiosa erat.

u) FR. LEGVAT T. II. p. 136 sq.

w) VOSSIUS l. c.

x) CAMELLI l. c.

y) VOSSIUS.

z) HAWKESWORTH T. II. p. 188. PARKINSON p. 27.

a) VOSSIUS.

b) CHAPMANN.

c) v.d. GRÖBEN &c. Dondos, Lusit. Albinos.

d) SIM. v. d. STEL ap. TACHART Siam p. 110.

e) de COSSIGNY in Hist. de l'ac. des sc. l. c.

f) ibid.

illinc praeter naturam contigerunt, recensum dare vellemus. Facilis ab his ad monstra, ad vniuersam nosologiam transitus esset, et diuinum historiae naturalis studium in confusam et informem molem excresceret. Intactas ergo Itali pueri *g*), aut, Angli viri *b*) aliorumque nigram et corneam epidermidem, similesque peculiares a naturali statu aberrationes, physiologiais et pathologis relinquimus. Nec dirus *Cretinorum* morbus hoc pertinet, non Vallesiae tantum incolis proprius, sed et alibi obseruatus *i*), miris autem fabellis hinc illinc deturpatus *k*).

Centauros, Sirenes, Cynocephalos, Satyros, pygmaceos *l*), gigantes, Hermaphroditos aliasque huius farinac vanas species vel nominasse nimium videri posset. Attamen hominibus penitis paulisper adhuc immorari, necessum duco, cum nuperos adhuc patronos nocti sint. Vetus est de insulis Satyrorum *PLINII m*), PTOLEMAEI *n*) et PAVSANIAE *o*) relatio, toutes

g) STALP. v. d. WIEL *Obs.* Cent. II. pag. 376. tab. II. et tab. 12. fig. 1. 2. 3.

b) The porcupine Man. G. EDWARDS *Gleanings of natural history*. T. I. t. 212.

i) v. HALLER *de vento Rupensi*. Nov. Comm. Goett. T. I. p. 43.

k) v. c. in GIVDANT *variat. de la nat. dans l'espèce hum.* à P. 1771. 8. in *Encycl. de Par.* &c. emend. in ed. DE FELICE. T. XII. p. 312.

l) cf. TYSONIS super his fabulis opera, plerumque simiae peregrinantibus imposuerunt, neque aliter suspicor de COMMERMONII pygmaceis Madagascaranis ap. cl. DE LA LANDE. v. ROZIER *obs.* Fevr. 1775.

m) L. VII. c. 2. p. m. 374.

n) L. VI. c. II.

o) in *Atticis*.

ties postmodum apud MUNSTERVM, MARC. PAVL. VENETVM, aliosque repetita, nasci in illis homines cauda villosa, quali Satyri pinguntur; pernicitatis eximiae eos esse &c. Collatis horum virorum locis, has satyrorum insulas nostris Borneo, Celebes &c. respondere p), et simias penitas pro hominibus vilas esse, verosimillimum est. Sed plus negotii facessit nupera de hominibus penitis, hinc illinc reperiundis, cantilena. Partem enim circa Turkestan urbem q), in mediterraneis Haynan r), in ins. Formosa s), Borneo t), Nicabor u), &c. homines caudas habentes, reperiri dictum est; partem etiam ipsae penitorum eiusmodi hominum imagines exhibitae sunt w). Sed omnibus rite penitatis totam rem, quae supra diximus figmentis accenseri posse, plurima sunt quae suadent. quod enim historias super ipsis attinet, pleraque earum, aliorum relationi coram exhibitae innituntur; et qui se

p) v. post TYSONEM, IO. CAVERHILL *on the Knowledge of the Ancients in the East-Indies.* Ph. Tr. Vol. LVII. p. 172.

q) PET. RYTSCHKOV *Orenburgl. Topogr.* T. II. p. 34. sq.

r) CAMFLLI Ph. Tr. n. 307. p. 2268.

s) IO. OTT. HELBIG *Eph. N. C. Dec. I. ann. IX.* p. 456. HESSE *Ost. ind. Diar.* p. 216. sequentibus: Unter andern unsfern Sclaven bey dem Bergwerck, hatten wir auch eine Sclavin, welche gleich einer schändlichen Bestien mit einem kurzen Stiel oder Ziegenchwanzte über den Hintern ausgeschändet war; diese Art wilde Menschen, werden von der Insul Formosa gebracht.

t) GVL. HARVEY *de gener.* p. 194. ed. oper. Lond. 1766.

u) NILS MATTHSSON KÖPING *Resa ed.* 4. Wästerås 1759. 8. p. 131 sq.

w) CL. MARTINI ad BVFF. *allg. N. G.* T. VI. p. 44. Tab. II. *der geschwänzte Mensch.*

se ipsos eiusmodi penitos vidisse homines dicunt, sublestae satis fidei autores reperti sunt x).

Icon autem, quam dixi, antiqua satis est, quam temporis progressu unus ab altero mutauit, et sensim sensimque humanae figurae magis similem reddidit. Cl. enim MARTINI suam iconem ex LINNAEI Amoenitatibus, hic ex ALDROVANBO, hic ex GESNERO desumisit, qui demum Helvetus polyhistor ex Germanico quodam libro descriptionis terrae sanctae, suam scilicet summisse dicit y). Etsi eius descriptionis auctorein non nominet, facile tamen BERNARDVM VON BREYDENBACH eum fuisse vidi, et operae pretium duxi, ex prima eius, rari satis, itineris editione z) genuinam eam iconem restituere (Tab. II. Fig. 5.), quae nuperis pro homine penito imposuit. In auersa enim facie tabulae geograficae quae Palaestinam exhibet, sex animalium figuræ

x) quam mira modo dicto KÖPING saepe a Perill. LINNAEO citato, contigerint, praeter alia ex cap. 48 p. 82 sq. patet, ubi de iis quae in coenobio quodam Bagdadiensi visenda erant, loquitur. sequentibus pergit: *Inter alia, quae in isto coenobio digna visu occurrerunt, erat bufo qui in episcopi culina alebatur, catena argentea alligatus. habebat domicilium sub saxo, per quod fordes culinae emittruntur; longitudine corporis erat vlnæ unius et dimidiae, latitudo vlnæ quadrantum trium. Cum ovis mactaretur, viscera bifoni proiiciebantur, quae breui devorabat; oculi scintillabant in flar ignis et magnitudine ouum gallinaceum modicum aquabant. Cum quis manum ori eius immitteret, sugebat eam ut virtus. &c.*

y) de Quadrup. p. m. 970.

z) reys in das gelobt Land Meinz. 1486. fol. non reperior has icones in ed. lat. ej. anni, nec in ea quae 1488 idiom. germ. infer. (platdeutsch) prodiit. est autem in vers. gall. 1489, quas onnies edit. Bibl. academica possidet.

ras depictas dedit cum epigraphae: *Hec animalia sunt veraciter depicta sicut vidimus in terra sancta.* Ultimum in his locum tenet, quam repetimus figura, anonymi ut addit, animalis, quam autem facile simiae cuidam penitae Callitrichi v. c. (sileno L.) tribuerem. Certe halluces a digitis pedum remoti &c. veram simiam esse testantur, quae temporis progressu, et pictorum incuria demum in homini satis similem figuram, pedibus humanis &c. transmutata est. Singulare plane exempla coccygis prolongati, aut appendix caudam referentis apud TRITHEMIVM a), BAVHINVM b), BLANCARDVM c), KÖNIGIVM d), ELSHOLTIVM *), &c. ad monstrosas fabricas pertinent, nec huius loci sunt. Os sacrum e) aequie ac coccygis f) vertebrarum numero saepe ludere anatomicis notum est.

Peni-

- a) *Annal. Hirsaugiens.* T. II. p. 179 sq. ad ann. 1335.
- b) *theatr. anat.* p. 169.
- c) *coll. phys. med.* P. II. ann. 1681. p. 290.
- d) A. N. C. Dec. II. ann. 9. obs. 129.
- *^{e)} *de conceptione tubaria &c.* Col. Brand. 1669. p. 7. tab. II.
- e) quatuor vertebr. FALLOPIA expos. de oss. p. 579. v. DOEVEREN obs. acad. p. 207. Plerumque quinque sunt. Sex v. ap. VESAL. et qui eum sequuti sunt BAVHINVM et PAAWIVM. porro ap. REALD. COLVMB. p. 106. VESLING. p. 10. SAL. ALBERTVM hist. plerar. part. b. c. Viteb. 1585. p. 112 sq. ALBINVM annot. acad. L. IV. tab. VII. f. 4. 5. p. 53 sq. v. DOEVEREN l. c. p. 206 sq. et ipse Exc. WRISBERG simile os tot vertebrar. possidet. Septem se reperisse PAAWIVS auctor est *de oss.* p. 102.
- f) Trium vertebrarum exhibent BAVHINVS l. c. et VESLINGIVS. fere semper quatuor sunt. Quatuor ad quinque WINSLOV. exp. an. T. I. p. 136. Quinque in cocc. mulieris MATTH. MERIAN in tab. ad theatr. BAVH. t. XLI. f. 9. et SAL. ALBERTVS l. c. qui primam eius vertebram, quae non raro exemplo ultimae ossis sacri connata erat,

G

ad

Penito homini, Hottentottarum ventrale cutaneum, a priscis peregrinatoribus assertum, addere, et similiter ad fabulas relegare, nuperrima peregrinationum testimonia g), iubent.

ad hoc os immerito retulit. In totum tamen istius specimen plurimas habebat vertebrae, sacr. 6. coccc. 5. — II.

Ilos qui habent os sacrum magnum et productum, caudatos appellari. FALLOPIA l. c.

g) HAWKESWORTH Vol. III. p. 792. labia pendula priscis imposuisse videntur.

SYN-

SYNOPSIS.

PRAEFATIO I.

GENERATIO 5.

DEGENERATIO 7.

huc faciunt *Clima* ib.

vitae genus 8.

et *hybrida* 9.

eaque aut fecunda ib.

aut sterilia. 10.

mera diuers. spec. connub.

absque prole 12.

obiter de *Iumaris* 13.

qui veri hinni sunt 16.

hybrida humana negantur 17.

HOMINIS A CETERIS ANIMALI-

BVS DIFFERENTIA 19.

animae dotes ib.

homo caret instinctu 20.

solus pollet ratione ib.

et loquela 21.

cum brutis vox tantummodo

competat ib.

Corporis proprietates 22.

externae ib.

situs erectus ib.

manus duae 25.

oran vtan quadrupes est. ib.

homines feri nil contra probant 26.

homo inermis est. 27.

num lacrumentur et rideant animalia 28.

hymen soli gen.hum. datum 29.

it. fluxus *menstruus*. ib.

clitoridem autem et nymphas

alia quoque anim. habent. 30.

internae 31.

cerebrum paponis 32.

cranium eiusd. 33.

os intermaxillare ib.

palpebra tercia 34.

muscul. bulbos. oculi. ib.

ligam. suspensor. colli ib.

vertebrac colli in hom. et si-
miliis 35.

Oran utan 36.

Species binae 37.

1. *Troglodytes* f. Chim-
panfi. ib.2. *satyrus* f. oran utan ib.
deesse his vnguem pollic. au-

terior. 38.

num et in Amer. reperiantur 39.

Sim. longimana ib.

HVMANI GENERIS SPECIES SAL-
TEM VNICA 40.VARIETATES AVTEM QVATVOR
CONSTITVNTVR 41.

1. orbis borealis &c.

2. Asia transganget. et infra
Amur fl. sita.

3. Africa.

4. Americae reliquum.

CORPV HVM. VNIVERSIM SPE-
CTATVM 42.ipsius corporis constitutio ib.
pendet a climate ib.

flatura 44.

frigoris calorisque in hanc
potentiae 45.

exempla plantarum. 46.

animalium ib.

hominum ib.

vitae genus quoque hoc con-
fert. 48.

color ib.

eius

- eius sedes 49.
 caussae ib.
 aliquid bilis facit ib.
 plurimum sol et aér 50.
 plantarum animaliumque ex-
 empla 51.
 vitae genus 52.
 partes c. h. prae aliis fuscae ib.
 idem in facie papionis 53.
 coeli mutatio 54.
 diuersa nigrorum alborumque
 connubia 55.
 cutis ex fusco alboque varie-
 gata 57.
PARTES C. H. SPECIATIM CON-
SIDERATAE 58.
 craniorum formae. ib.
 fere vnic ab arte et vitae ge-
 nere pendent 59.
 Crania Germanorum 60.
 Batauorum ib.
 Graecor. et Turcar. 61.
 Scytharum ib.
 Lappon. Lulens. 62.
 Calmuccorum ib.
 Americ. maxime boreal. (*Té-*
 tes plates) 63.
 simillima his caluaria e sepul-
 creto Goetting. ib.
 Groenlandorum capita 64.
 Labradoricor. ib.
 Aracanor. ib.
 Chinensiū 65.
 inf. Mallicolo incolar. ib.
 de his hominib. obiter plu-
 ra 66.
 mumiar. crania ib.
 Aethiopum ib.
 Brasilian. 67.
 Caraib. ib.
 Canadens. 68.
Physiognomiae exempla ib.
 veteres Aegyptii 70.
 Aethiopes ib.
 pilii 71.
 crispi aethiopum ib.
 pedes corund. 72.
 mannae aethiopissar. 73.
 loquela organa ib.
 artis opera ib.
 mutilata ib.
 circumcisio ib.
 in vitroque sexu 74.
 clitoris puellae arab. circum-
 cis. ib.
 monorchides 75.
 pilorum euulfo ib.
 Americani falso imberbes di-
 cti ib.
 deformata 76.
 auriculae pendulae ib.
 praeput. virile prolong. ib.
 vngues enormes ib.
 puellae iunceae ib.
 pielti 77.
 acu puneti (*tatowirt*) ib.
 homini. feri hoc non pertinent
 78.
 multo minus morbi ib.
 attamen vnum tangere neces-
 se videtur ib.
 animalibus nonnullis et homi-
 ni communem ib.
 candorem sc. vitiosum ib.
 qui nec a plantis absit 79.
 in animal. cum oculor. *vicio*
 coniunctus ib.
 cuniculi albi ib.
 mures candidi 80.
 equi eiusmodi 81.
 et alia anim. mammalia ib.
 imo et aues ib.
 idem vitium in hominibus ib.
 cius hist. a fabell. purgatur. ib.
 ad

- ad impetiginem et luscitio-
nem pertinet 82.
epidermidis affectiones 83.
interdum maculis saltēm di-
stincta ib.
plerumque tota candens 84.
et tum quidem quandoque
laevis
quandoque aspera ib.
lepram albam dicunt ib.
pilorum color 85.
oculorum affectus ib.
palpebrae ib.
irides 86.
chorioïdes ib.
reliqui corporis constit. 87.
multi bene valent ib.
alii imbecilles sunt 88.
mentis dotes ib.
morbus veteribus cognitus fuit
ib.
- Chariclea ap. HELIODOR ib.
Albani 89.
Leucaethiopes ib.
nuper ex toto fere terrarum
orbe exempla 90.
Alia corporis vitia merito hic
omittuntur 91.
vt et monstroſa figmenta ve-
terum 92.
de hominibus penitus quae-
dam ib.
icon eorum vulgaris ad simias
pertinet 94.
et ex BREYDENBACHIO desum-
ta est ib.
coccyx prolongatus 95.
eius et ossis sacri vertebrarum
latus ib.
ventrale feminis Hottentotti-
cis olim tributum 96.

Figurarum explicatio.

TAB. I.

- Fig. 1. ad p. 32. *Basis cerebri papionis Mandril.*
 A Lobi posteriores cerebri
 B Lobi anteriores cerebri
 C Fossa SYLVII
 D Cerebellum
 E medullae spinalis principium
 F Regio cui corpora pyramidalia et olivaria in homine
 incident.
 G Locus ubi in humano cerebro pons Varolii a medul-
 la oblongata fissura diuiditur.
 H Pons VAROLII ipse
 I. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Cerebri nervorum paria
 Eminentiae mammillares, infendibulum &c. prae nervor.
 opticor. coniunctor. mole non in conspectum veniunt.

Fig. 2. ad pag. 33. *cranium eiusdem papionis.*
 in quo praeter reliqua, os intermaxillare notetur.

TAB. II.

Fig. 1. ad p. 35. *colli vertebrae eiusdem papionis.*
 corpora vertebrarum squamatis quasi processibus in prio-
 ra declivia descendunt sibique imbricatum superstruun-
 tur

Fig. 2. ibid. *Vertebrae colli 5ta et 6ta ex viro adulto.*
 in his corpora parallela plana et disciformia.

Fig. 3. ad p. 53. *cutis e fronte papionis Mandril.*
 nigredinis reticuli varietates et decrementum monstrat.

Fig. 4. ad p. 74. *clitoris circumcisus puellae Arabicae.*

Fig. 5. ad p. 94. *Callitrix aut alia simia perita ex BREYDEN-
 BACHII itinere restituta.*
 In variis apographis magis humana reddita, demum in
 hominem penitus abiit.

CORRIGENDA.

- p. 6. l. 25 sq. *lege partibus*
p. 26. n. c) *post BUFFONII pone.*
p. 27. l. 16 *post dentes adde feroce*
p. 35. l. 17 — *declivia*
p. 36. n. b) l. 3. *progress.* ib. *dele I.*
p. 41. n. s) — *STAELINI*
p. 47. l. 21. — *staturam*
p. 68. l. 13. — *cum*
p. 76. n. ☺ *Esquimantsie*
p. 79. l. 28. *difficilis*

Tab. I.




Fig. 1.





Fig. 2.

J.P. Kaltenhofer del. ad nat. et sc.

Fig. 1.



Tab. II.

Fig. 2.



Fig. 3.




Fig. 4.





Fig. 5.



Non contat de noie






Ha 201.

8 8^o

Ha 201



UR 14-33

DE

GENERIS HVMANI VARIETATE NATIVA

ILLVSTRIS FACVLTATIS MEDICAE CONSENSV

PRO

GRADV DOCTORIS MEDICINAE

DISPVTA VIT

D. XVI SEPT. MDCCLXXV

H. L. Q. S.

IOANN. FRIDER. BLVMENBACH

GOTHANVS.

GOETTINGAE

typis FRID. ANDR. ROSENBVSTHII.

